

[PARS TERTIA

DE IMAGINE

QUAESTIO 1

UTRUM IN PARTE INTELLECTIVA SIT PROPRIE MEMORIA

5 HABENS SPECIEM INTELLIGIBILEM OBIECTI PRIOREM

ACTU INTELLIGENDI OBIECTUM]

Quaeritur postea de imagine, et primo de prima parte imaginis, 249
quae est memoria, utrum in parte intellectiva sit proprie memoria,
habens speciem intelligibilem obiecti priorem actu intelligendi
10 obiectum.

Quod non, arguitur per rationes fundamentales unius opinio-
nis¹:

Omnis species repraesentat obiectum cuius est sub illa ratione
sub qua imprimitur ab obiecto, et si imprimatur ab alio quam ab
15 obiecto, adhuc repraesentat obiectum sub illa ratione qua imprimi-
tur ab eo; sed obiectum imprimit sub ratione qua est singulare,
quia agere est suppositi et singularis; igitur si species imprimatur
in intellectu ab obiecto relucente in phantasmate, intellectus non
habebit speciem intelligibilem qua intelligit universale sed tantum,
20 singulare.

Praeterea, praesentia speciei non est causa quare obiectum 250
est praesens, sed e contra, sicut praesentia speciei albedinis non
est causa quare albedo est praesens sensui, sed praesentia albedinis
est causa quare species sua est praesens potentiae visivae; igitur

PV

7 Quaeritur] add. igitur V 9 intelligibilem] et intelligibilitatem P* 10 obiectum om. V²
13 cuius est om. V 14-16 et si — ab eo om. V 16 ratione] comp. P* | singulare rescr. P²
17 quia — singularis om. V | singularis] singulare P* | imprimatur V 21-22 quare — praes-
sens om. V² 21 quare] quod V² 22-24 sed — praesens om. V

F 11-20 HENRICUS GAND., Quodl. V q. 14 in corp. (f. 174Y). 21-p. 326, 3 Ibidem
(f. 174Z).

T ¹ In hac quaestione, sicut in praecedente quaestione 'De vestigio' (cf. supra p. 312
nota 1), iterum occurrit doctrina alicuius magistri, qui rationes Henrici Gandavensis (lin. 13-20 et
n. 250-252. 254) suas facit (cf. infra n. 256), quique probabiliter est Richardus de Conington.

Conington
de longis hic insertis
et secundum indicationem
editionis

prius natura est praesentia obiecti quam praesentia speciei; ergo obiectum non est praesens intellectui per speciem, – non igitur requiritur species in intellectu propter praesentiam obiecti.

251 Praeterea, si in memoria intellectuali esset species intelligibilis obiecti per abstractionem a phantasmate, pari ratione ibi esset species cuiuslibet abstracti a phantasmate, et sic in memoria plures essent species intelligibiles, – quod est inconveniens¹.

252 Quod probatur per duo:

Primo, quia tunc intellectus simul haberet plures actus intelligendi quando intelligeret, quia causa naturalis – nisi impedita – agit in quantum potest secundum ultimum sui; sed species, si ponitur in memoria, est causa naturalis respectu actus intelligendi, cum praecedat actum voluntatis; ergo quaelibet species quantum potest secundum ultimum sui, concurrit ad actum intelligendi: vel igitur quaelibet movet intellectum ad actum intelligendi, si potest, vel nulla, et tunc frustra in intellectu ponitur.

253 Secundo, hoc ostenditur inconveniens per aliud, quia 'sicut inconveniens est idem corpus simul informari diversis figuris, ita inconveniens est intellectum simul informari diversis speciebus', quia secundum Algazelem 'species configurat intellectum obiecto', qui etiam, ut dicunt, sequitur Avicennam, qui ponit quod species non remanet post actum intelligendi². – Sed ista secunda probatio non est illius doctoris³ cuius sunt istae rationes.

PV

2 intellectui] apud intellectum V. | non igitur] i. n. V 9 plures] duos V 10 nisi] non V 13 quaelibet species post potest (14) V 16 tunc frustra] f. t. V 17 ostendit V 17-18 per — inconveniens om. V¹ 17 quia om. V² 19 simul om. V 20 configurat] consignat V 21 qui] quem V² | Avicenna V²

F 4-16 HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 14 in corp. (f. 174Z-175B. 179B). 17 Cf. supra p. 325 nota 1, et hic infra lin. 22-23. 20 ALGAZEL, *Philosophia* I tr. 3 sent. 2 (f. 29va): «Sensus et sensatio est unum. Similiter etiam scientia est ipsum scitum et simulacrum eius sibi coaequale, et hoc est apprehensum et scitum, scilicet simulacrum, quod sigillatur in anima». 21 AVICENNA, *De an.* pars 5 c. 6 (f. 26rb-va).

T ¹ Cf. ALGAZEL, *Philosophia* I tr. 3 sent. 4 (f. 30rb): «Sicut enim non possumus imaginari duas celaturas vel duas figuras in eadem cera simul eodem modo circa idem, sic non possunt imaginari in anima esse duae scientiae discretae simul praesentes eodem modo, sed succedunt sibi adeo subito ut non possit comprehendi eorum successio propter brevitate[m] temporis»; II tr. 4 c. 5 (f. 58ra). ² Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 15 in corp. (f. 176 O-177 O): «Propter quod bene dixit Avicenna in suo libro De anima, quod in intellectu possibili non manet intelligibile nisi cum actu intelligit, sed solum manet ut in potentia in phantasmatis exsistentibus in vi sensitiva». ³ scil. non est Henrici Gandavensis, sed eius discipuli.

Praeterea, si intellectus reciperet speciem, tunc intellectus 254
non esset patiens nisi per accidens; non enim tunc pateretur in
quantum intellectus, sed in quantum quoddam subiectum recipiens
formam patitur a forma sicut a sua perfectione, sicut subiectum
5 recipit accidens. Sed hoc non est recipere per modum intellectus
ut intellectus, sed per modum quo subiectum patitur ab accidente;
et ex hoc sequitur quod intelligere non sit motus rei ad animam,
immo nec animae ad rem, sed erit animae in se ad accidens sibi
inhaerens. Et hoc est contra Philosophum, qui vult quod 'intel-
10 ligere sit motus rei ad animam'.

Sed contra:

255

Intellectus quandoque est in potentia essentiali et quandoque
in potentia accidentali ad actum intelligendi, ex VIII *Physicorum* et
II *De anima*; sed transitus de potentia essentiali ad actum non est
15 nisi per aliquid quod prius non habetur quando est in potentia
essentiali; igitur cum intellectus reducatur de potentia essentiali
ad actum intelligendi, oportet quod prius transmutetur ad formam
aliquam per quam habet actum intelligendi.

*Solutio De an.
p. 11. q. 6.
Quod n. 587*

II. – OPINIO ALIORUM

20 [Opinio prima] – Ad istam quaestionem dicunt quidam quod 256
memoria intellectualis non habet aliquam speciem priorem actu
intelligendi, propter rationes adductas quas et ipsi faciunt¹. Modus
autem ponendi eorum, hic², est iste (ex quo etiam accipiuntur quae-
dam argumenta³):

PV

1 species V 2 patiens] per accidens P* 10 rei om. P 12 et om. V 14 II] III V
23 hic] hoc P* | accipiuntur] rescr. P² excipiuntur V*

F 1 HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 14 in corp. (f. 175F). 9-10 ARISTOT., *Metaph.* XII
t. 37 (A c. 7, 1072a 30); «Intellectus autem ab intelligibili movetur»; *De an.* III t. 2 (Γ c. 4, 429a
13-15); «Si igitur est intelligere sicut sentire, aut pati aliquid utique erit ab intelligibili, aut
aliquid huiusmodi alterum». 13-14 ARISTOT., *Physic.* VIII t. 32 (Θ c. 4, 255a 33-255b 3);
De an. II t. 55-56 (B c. 5, 417a 21-417b 2). 20-p. 330, 21 Est opinio cuiusdam magistri – pro-
babiliter Richardi de Conington – qui sententiam Henrici Gandavensis sequitur, adeo ut in
Ordinatione dicatur simpliciter «opinio Henrici», – cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3 sub
n. 366 (III 222, 15).

T ¹ Cf. supra p. 325 nota 1. ² scil. in hac quaestione de memoria, qui modus differt
a modo ponendi in quaestione 'De vestigio'; cf. supra n. 225-233 et DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I
d. 3 n. 303 (III 185). ³ Cf. infra p. 328, 26.

Dicunt enim de potentia sensitiva quod corpus est in potentia essentiali ad actum sentiendi antequam habet animam, sed quando habet animam, est in potentia ad duplicem actum¹, nam ipsa tunc est in potentia ad actum quemdam per quem habet similitudinem obiecti, et iste est species obiecti. Hunc autem actum habet cum mutatione reali, quia excellens sensibile ita excellentem speciem potest imprimere in sensum quod sensum corrumpat, secundum Philosophum. Sensus autem istum actum recipit non in quantum sensus, sed in quantum habet organum similis dispositionis cum medio. — Habito autem isto actu, sensus est in potentia ad actum sentiendi, et hoc in quantum sensus. Unde iste actus est eius in quantum est sensus, et non prior; et ideo iste actus quem habet sine reali transmutatione, si intenderetur, non corrumpere-
 15
 20
 25
 27
 257

Ex istis igitur potest argui primo sic: recipere speciem obiecti non est ipsius virtutis cognitivae in quantum est cognitiva, sed in quantum est organica, similis dispositionis cum medio cum quo

PV

2-3 sed — animam om. V* 3 actum] actualitatem V add. actualem P 4 in om. P* |
 habet] recipit V 5 ista V* 6 sensuale P* 8 actum recipit] r. a. V 10 autem] aut P
 12 actus] add. est V 13 intendetur codd. 14 nec intelligere] et intell. non V 14-15 quam-
 cumque P* 15 prima V* 19 singularis] qua singulare V 20 sic om. V | praesens est]
 e. p. V 22 ut² om. P 23-24 phantastica — agentis] phantasmate virtute intellectus agentis
 actione V 27 cognitiva] cognoscitiva P cognitio V

F 8 ARISTOT., *De an.* II t. 122 (B. c. 12, 424a 28-32).

T ¹ scil. ad speciem sensibilis et ad actum sentiendi. ² Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 14 in corp. (f. 176M-O); *Summa* a. 58 q. 2 ad 3 (II f. 129D-130H); *Quodl.* IV q. 21 in corp. (f. 136G-137H).

primo recipitur species, – sicut prius declaratum est de potentia sensitiva¹ quod sensus recipit speciem in quantum organicus et non in quantum cognitivus, quia recipit secundum transmutationem realem, quod non est in quantum cognitivus²; ergo cum
 5 intellectus non habet organum, non recipiet aliquam speciem quae sibi imprimatur, sed tantum erit ei relucens in alia potentia³, in qua recipitur mediante organo suo.

Item, hoc⁴ arguitur per aliud: mutatio quae est potentiae a 258 specie, est corruptiva, sicut prius patet⁵; igitur cum talis mutatio
 10 non conveniat intellectui, ipse non recipiet speciem.

Hoc⁶ etiam confirmatur per Philosophum III *De anima*, 259 ubi dicit quod non est similis passivitas intellectus et sensus, quia intellectus quanto magis patitur ab excellentiore obiecto, tanto fortius intelligit, sed e contra est de sensu; huius autem non est alia
 15 causa nisi quia mutatio sensus a sensibili est realis, sed non ipsius intellectus ab obiecto; nulla igitur species realis imprimitur in intellectum⁷.

Hanc dicunt esse intentionem Augustini et Aristotelis⁸: 260

Philosophi, quia dicit III *De anima* quod oportet 'intellectum
 20 speculari quiditates in phantasmatibus', quia 'nihil intelligit sine eis et sine conversione ad phantasmata'; sed si species esset in intellectu, non requireretur talis conversio, quia haberet unde intelligeret. – Similiter, dicit in eodem quod «sicut se habent sensibilia ad sensum, sic phantasmata ad intellectum»; et ideo sicut sensibile est
 25 proprium obiectum sensus, sic in phantasmate relucet proprium obiectum intellectus. Unde ponit connexionem naturalem intellec-

PV

1 primo om. V 3 cognoscitivus *codd.* 4 quod non est] et non V | cognoscitivus V
 5 reciperet V 6 potentia om. V 7 mediante] *add.* alio V* 10 ipse] *add.* etiam V
 11 confirmant V 12 passivitas] potentialitas V' 13 possibilitas V² 15 sed] et V 16 realis
 om. V 18 esse om. P 18-19 Augustini et Aristotelis: Philosophi] Philosophi et Augustini, Philosophi et Aristotelis P 19 quia dicit III *De anima*] III *De anima*, qui dicit V
 22 unde] rationem qua V 23 Similiter] sicut P | dicitur V | se habent om. P 25 proprium² om. V

F 11 ARISTOT., *De an.* III t. 7 (Γ c. 4, 429a 29-429b 5). 19-21 Ib. t. 39 (Γ c. 8, 432a 8-9); t. 30 (Γ c. 7, 431a 16-17). 23-24 Ib. t. 30 (Γ c. 7, 431a 14-15).

T ¹ Cf. supra p. 328, 1-10. ² Cf. supra p. 328, 10-15. ³ Cf. supra p. 328, 15-21.
⁴ Cf. supra lin. 4-7. ⁵ Cf. supra p. 328, 8-10. ⁶ Cf. supra lin. 9-10 et 4-7. ⁷ Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 14 in corp. (f. 176M). ⁸ De intentione Aristotelis cf. hic n. 260-262; de intentione Augustini cf. infra n. 263.

tus ad virtutem phantasticam, quod non esset si in se haberet speciem praecedentem actum intelligendi, moventem ipsum ad actum¹.

- 261 Et si arguitur contra eos quod Philosophus commendat (III *De anima*) dicentes «animam esse locum specierum, non totam sed intellectivam», – dicunt quod hoc est pro eis, nam ex hoc quod est locus specierum, non est subiectum specierum, sed continens extra sicut locus. Unde dicitur intellectus continere speciem in quantum species repraesentat obiectum sibi. Et per hoc quod dicitur quod anima est locus specierum non tota sed intellectus, habetur quod intellectus aliter comparatur ad speciem quam aliae potentiae; aliter sensus esset locus specierum, si intellectus esset locus, quia recipit speciem et generat².
- 262 Item, si dicatur secundum Philosophum quod «lapis non est in anima, sed species lapidis», – dicunt quod aliquando accipitur lapis pro 'hoc lapide' et aliquando pro specie expressa, et sic expressive tantum est in anima³.
- 263 Hanc etiam dicunt esse sententiam Augustini, qui quasi ubique ponit visionem de visione esse genitam et notitiam de notitia; unde tantum ponit habitum in memoria, praecedentem actum intelligendi, et non speciem⁴.

PV

6 intellectivam] intellectum V' secundum intellectum V² 8 Unde] *add.* sicut V | dicitur intellectus] i. d. V 9 species *om.* V 13 generat] conservat V 16-17 expressive tantum est] *expresse de nostra (?)*, unde tantum ponit habitum in memoria esse V

F 4 ARISTOT., *De an.* III t. 6 (Γ c. 4, 429a 27-28). 14 ARISTOT., *De an.* III t. 38 (Γ c. 8, 431b 28-432a 1). 18 AUGUST., *De Trin.* XV c. 10 n. 19 (PL 42, 1071): «Necesse est enim cum verum loquimur, id est [cum] quod scimus loquimur, ex ipsa scientia quam memoria tenemus, nascatur verbum quod eiusmodi sit omnino, cuiusmodi est illa scientia de qua nascitur»; c. 15 n. 24 (col. 1078): «Quid, cum verum est verbum nostrum, et ideo recte verbum vocatur, numquid sicut dici potest vel visio de visione, vel scientia de scientia, ita dici potest essentia de essentia, sicut illud Dei Verbum maxime dicitur maximeque dicendum est?»; c. 21 n. 40 (col. 1088): «[In memoria] gignitur intimum verbum quod nullius linguae sit, tamquam scientia de scientia et visio de visione»; c. 11 n. 20 (col. 1072); c. 12 n. 22 (col. 1075).

T ¹ Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 14 in corp. (f. 176 O-177 O); *Summa* a. 1 q. 8 in corp. (I f. 18H. F). ² Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 14 in corp. (f. 176K). ³ Cf. ibidem. – Pro n. 261-262 cf. etiam ROGERUS MARSTON, *De an.* q. 9 (BFS VII 413-414). ⁴ Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 8 in corp. (f. 97L-M); *Summa* a. 58 q. 2 ad 3 (II f. 131K).

[Opinio secunda] – Alius etiam doctor tenet eandem opinionem¹, quod species non imprimitur a phantasmate, sed tantum actus intelligendi. 264

Et hoc arguit sic: illud quod est in potentia ad aliquem actum, 5
reducitur in actum illum – secundum quod est in potentia – ab agente;
sed potentia apprehensiva, in quantum est apprehensiva, est in
potentia ad apprehendere obiectum; igitur primum quod causatur
a phantasmate et ab intellectu agente erit actus intelligendi, et non
species.

10 Et ulterius deducit opinionem praecedentem² pro se, quod 265
potentia ut sensus recipit in quantum organica et similis medio, et
non in quantum sensus³.

III. – OPINIONIS IMPROBATIO

[Contra opinionem in se] – Contra illam opinionem arguo primo⁴. 266
15 Suppono quod obiectum intellectus potest esse universale. Unde
philosophi non posuerunt intellectum diversum a potentiis sensi-
tivis nisi propter actus qui non possunt convenire potentiis sen-
sitivis, ut actus quo indifferenter cognoscitur id quod obicitur uni
sensui sicut alii; et ideo ponunt quod intelligere universale sit actus
20 alterius potentiae quam sensitivae⁵.

PV

2 imprimatur V 4 sic] hic V 10 opinionem praecedentem] p. o. V 11 orga-
nica] add. est V² | et² om. V 15 Praesuppono V 16 ponerent P | intellectum diversum]
d. i. P^{*} 17 possunt convenire] c. p. P | potentiis om. P²(post sensitivis) 18 ut actus om.
V² | quo] add. non P² | id] illud V | uni om. P 19 alii] alio V aliud (add. quod obicitur Intel-
lectui P²) P

F 1 GODEFRIDUS DE FONTIBUS, *Quodl.* IX q. 19 in corp. (PhB IV 271. 273. 275); cf. etiam
Quodl. I q. 9 in corp. (PhB II 23). 4-9 Ib. IX q. 19 in corp. (PhB IV 274): « Illud ad
quod aliquid per se est in potentia, per se etiam habet esse in ipso ab agente proportionali
et non aliud. Cum ergo virtus apprehensiva secundum quod huiusmodi per se sit solum in
potentia ad ipsum actum cognoscendi vel ad ipsam cognitionem, in ipsa ab agente non fit
aliquid per se nisi hoc; et sic videtur quod nec sensibile nec intelligibile secundum quod huius-
modi faciant in sensu et intellectu per se nisi ipsum actum». 10-12 Ibidem: « Est tamen
ulterius intelligendum quod quantum ad actum sentiendi, oportet ponere in medio et etiam,
secundum aliquos, in organo aliquam speciem sensibilem, differentem ab ipsa sensatione, quia

T ¹ Cf. supra n. 256. ² Cf. ibidem. ³ Cf. supra p. 328, 8-10. ⁴ Contra opi-
nionem, negantem speciem intellectualem (cf. n. 256. 264) Duns Scotus arguit duobus modis,
nempe contra opinionem in se (n. 266-280), et contra ipsum opinantem quatenus sibi ipsi con-
tradicit (n. 281). ⁵ Cf. ARISTOT., *De an.* II t. 60 (B c. 5, 417b 22-23); *Physic.* I t. 49 (A c. 5,
189a 5-8); *Anal. post.* I c. 26 [t. 43] (A c. 31, 87b 29-31); AVERROES, in h. l. et *De an.* I com. 8;
III com. 18; AVICENNA, *De an.* pars 5 c. 3 (f. 24ra); *Metaph.* V c. 2 (f. 87vab).

267 Tunc arguitur sic: intellectus prius naturaliter antequam intel-
ligat potest habere obiectum actu universale praesens sibi sufficien-
ter in ratione obiecti, quia prius naturaliter obiectum est praesens
intellectui quam actus eliciatur; ergo intellectus habet obiectum
universale sibi praesens in ratione speciei intelligibilis prioris natu-
raliter actu intelligendi. Antecedens verum, ergo consequens.

268 Consequentia autem ostenditur multipliciter:

Primo sic: species, ex hoc quod est species, habet rationem
repraesentandi illud cuius est sub tali ratione certa; igitur diversa
ratio repraesentationis et distincta ex parte obiecti passive, con-
cludit distinctam rationem repraesentandi ipsius speciei. Sed uni-
versale ut 'hoc' et universale 'ut universale' habent distinctas et
diversas rationes repraesentabiles ex parte obiecti, — aliter enim
sensus posset apprehendere utrumque per speciem sensibilem; igitur
species repraesentans universale ut 'hoc' et universale 'ut univer-
sale', habet diversas rationes repraesentandi. Sed eadem species non
potest habere diversas rationes repraesentandi, quia species ex natura
sua habet talem vel talem rationem repraesentandi; unde si eadem
species haberet in virtute phantastica diversas rationes repraesentandi,
iam non esset eadem, immo esset phantastica et non phantastica. 20
Oportet igitur praeter speciem in virtute phantastica, repraesentantem
singulare, ponere aliam speciem in intellectu, repraesentantem
obiectum universale.

269 Sed dices ad hoc, secundum eos¹, quod eadem species in alio
et alio lumine potest diversa obiecta repraesentare et habere alium 25
modum repraesentandi, sicut patet in exemplo: illud quod lucet

PV

1-2 intelligat] comp. P* 3 est] add. obiectum et V² 6 Antecedens] add. est V² 7 mul-
tipliciter om. V 8-10 Primo — distincta] quia distincta ratio V 11 ipsius speciei om. V*
12 habet codd. 14 per speciem sensibilem] per sensum sensibilem P* sensibile per sensum V
15 universale om. V* 18 rationem] naturam V | unde] verum P 20 immo] ideo V*
22 ponere aliam] a. p. V 24 dicas V | species] add. ut est V 25 obiecta om. V 26 exem-
plo] add. quia sicut V

virtus sensitiva secundum id quod est, est virtus organica, requirens determinatas dispositiones
in organo, secundum quas etiam ipsum organum communicat aliquo modo cum medio, quod
medium etiam requiritur in immutatione sensitiva eo quod sensibile supra sensum positum nul-
lum facit sensum quod immutatur quidem immutatione intentionali, quae tamen non est sen-
satio. Consimili etiam mutatione potest et ipsum organum immutari, quae etiam non est essen-
tialiter sensatio...».

F 24-p. 333, 6 HENRICUS GAND., *Summa* a. 58 q. 2 ad 3 (II f. 120D-E).

T ¹ scil. secundum opinantes (n. 256. 264).

de nocte, non est nisi eadem res quae movet ut coloratum de die, et tamen propter diversa lumina – de die et de nocte – movet ut lucens et lucidum de nocte, et ut coloratum de die. Sic haec species in virtute phantastica in ratione phantasmatis repraesentat singulare, et sic tantum ut singulare movet; sed tamen ut est in lumine intellectus agentis, cuius lumine irradiatur, sic movet ut universale.

Contra: species prius naturaliter est haec species et talis obiecti 270 repraesentativa quam sit talis luminis; quia enim est talis sensus et sic repraesentativa, ideo in tali lumine potest repraesentare, sicut 10 patet in exemplo adducto¹. Si enim illud lucens de nocte non esset coloratum sed tantum lucidum, adhuc moveret in tali lumine; unde quia est tale lucidum aut sic coloratum, ideo in tali lumine potest movere. Ex quo manifestum est quod quia est talis species, ideo competit sibi in tali lumine movere, et non e contra. Quia si hoc 15 non concedas, dicam tibi eadem ratione quod eadem potest esse species omnium sensibilibus respectu suorum obiectorum (si diversitas medii sufficiat ad diversam rationem repraesentandi); ut species existens in aere tremulo, repraesentat sonum, – et ut eadem species in aere illuminato, repraesentat coloratum. Oportet igitur 20 dicere quod impossibile sit eandem speciem habere diversam rationem repraesentandi diversa obiecta respectu quorumcumque luminum. Si igitur species in virtute phantastica secundum se habet rationem repraesentandi singulare ut singulare, impossibile erit ipsam repraesentare universale in quocumque lumine; unde impos- 25 sibile est quod sit repraesentativum alicuius in aliquo lumine, cuius non est repraesentativum de se, nisi illud lumen mutaret naturam eius.

Ad exemplum² dico primo, quod posito quod esset eadem qua- 271 litas quae lucet de nocte et immutat ut coloratum de die, adhuc 30 dico quod principia formalia in ea repraesentativa obiecti sunt diversa, – ut sicut est in tenebris movere posset ut lucidum, et in die ut coloratum.

PV

1 quae] ut V 3 et] add. ut V 5 tantum ut singulare om. P | sed tamen ut] et tunc non V 7 haec species] sp. h. V 9 sic] sit P* 14 in] cum P* | contra] contraria V
16 species omnium sensibilibus] species (comp.) omnium sensuum P' sub omni sensu P²
16-17 diversitas] add. materiae vel V 18 species] comp. P* | et om. V 24 universale om. V
29 mutat V 31 sicut est] sic V

T ¹ Cf. supra p. 332, 26-333, 3. ² Cf. ibidem.

Deinde de nocte
q. 11 n. 10

Deinde
q. 11 n. 10

272 Aliter etiam dico quod, secundum veritatem, est alia qualitas quae lucet de nocte et alia quae de die, sicut lux et color; et de die etiam movet ut lucidum, sed non percipitur, quia lux minor obumbratur propter lumen maius; unde multiplicat lumen suum de die sicut de nocte, quemadmodum et stellae; sed ut coloratum non 5 mutat de nocte, quia non est sufficiens lumen in quo posset movere. Et ideo quia species in virtute phantastica est singulare tantum, secundum se habens unam rationem repraesentandi, ideo quocumque lumine posito tantum repraesentabit singulare.

273 Secundo ad conclusionem principalem¹ arguitur sic, et est quasi 10 confirmatio praecedentis rationis²: phantasma secundum totam virtutem sui repraesentat virtuti phantasticae hoc ut hoc, quia si non, tunc virtus phantastica non posset habere actum ita perfectum sicut natus est haberi per illam speciem, quod falsum est; sed species quae secundum ultimum sui repraesentat sub una ratione, non 15 potest repraesentare sub alia ratione; cum igitur dum intellectus intelligit, phantasia perfecte phantasiatur, ergo dum intellectus intelligit, species in virtute phantastica non potest repraesentare aliud obiectum quam singulare et non universale; igitur oportet ponere speciem in intellectu quae universale repraesentet. 20

Istae duae rationes³ sumuntur ex parte speciei.

274 Praeterea, tertio arguitur ex parte luminis. Quaero quid est abstrahere 'obiectum ab obiecto' intellectum agentem⁴? Hoc enim non potest esse intellectum agentem esse in eadem anima ubi est 25 virtus phantastica et habere actionem aeternam, tunc enim semper in virtute phantastica esset universale, quod falsum est, quia, ut ipsi concedunt, non est ibi in somnis nec in phrenetico; igitur actio intellectus agentis non est aeterna. Et si non sit aeterna, sed quan-

PV

1 etiam] enim P | est alia] a. e. V 2 nocte — die¹] die et alia quae lucet de nocte V
 4 multiplicat V 5 quemadmodum et] quaedam V 6 de nocte om. V 8 secundum
 om. V 8-9 secundum — tantum om. P² 8 habens] add. tantum P² 9 singulare] add.
 tantum P 16 dum] cum P 17 phantasia] phantasma V | intellectus] add. non P⁺
 24 esse² om. V* | anima] pon. parte animae P² 27 ibi om. V

F 26 scil. Henricus eiusque discipulus; cf. HENRICUS GAND., *Summa* a. 1 q. 2 in corp. (I f. 5E), et supra ad p. 287, 13-288, 10.

T ¹ Cf. supra n. 267. ² Cf. supra n. 268. ³ Cf. supra n. 268 et 273. ⁴ Cf. supra p. 328, 17. 21-22.

Deinde de nocte
q. 11 n. 10
Deinde de nocte
q. 11 n. 10

doque est, quandoque non, quaero quis est terminus istius actionis? Non potest dari aliud quam universale, nec secundum veritatem nec secundum eos¹. Universale autem nihil est in se nisi in quantum est lucens in aliquo in quo prius non fuit sub aliqua
 5 ratione entis realis, quia aliter non est nisi intentio quaedam, et terminus actionis realis debet esse quid reale; sed phantasma non habet aliud quam prius habuit ante actionem, quia secundum te nihil actione intellectus agentis causatur in phantasmate², unde concedunt quod phantasma nihil habet quod prius non habuit.
 10 Igitur oportet quod universale sit terminus istius actionis secundum quod splendet in specie reali in memoria ante actum intelligendi.

Praeterea, quarto arguitur hoc sic: secundum Philosophum 275
 III *De anima* in natura intellectiva est ponere «aliquid quo est omnia facere et aliquid quo est omnia fieri», unde dicit quod «sicut ars
 15 ad materiam» etc., ubi ex intentione Philosophi haberi potest quod intellectus agens et possibilis sunt proportionata – hic in agendo et ille in patiando – ita quod agens non excedat intellectum possibilem (licet in patria possibilis intellectus recipiet et non ab intellectu agente, tamen e contra in via agens intellectus non excedit
 20 possibilem); igitur prima actio intellectus agentis recipietur in intellectu possibili, ita quod intellectus possibilis patiatur secundum primam actionem intellectus agentis. Sed prima actio intellectus agentis non potest esse intellectio quae recipitur in intellectu possibili, quia ante intellectionem primam oportet habere obiectum
 25 actu praesens universale, ut supra dictum est³; igitur prima actione intellectus agentis causabitur universale in intellectu possibili et obiectum sub esse universali.

Praeterea, quinto arguitur sic: diversi habitus sunt respectu 276
 magis universalis et minus universalis, sicut patet de metaphysica

PV

1 est¹] et *codd.* 2-3 nec... nec] ut... nam V 3 autem om. V | est] *add.* aliud P²
 4 prius om. P²(*post fuit*) | aliqua] alia P 5 est] esset V 6 phantasma] phantastica (*praem. virtus*
 P²) P 7 habet] *add.* nisi V⁺ | aliud] *add.* esse V | habuit] fuit V 10 istius om. V
 12 arguitur hoc] h. a. V 18 reciperet V | ab om. V 19 tamen in *ras.* P² 20 recipitur V
 21-24 ita — possibili om. P² 24-25 obiectum actu] secundum actum V' actu V² 26 agentis
 in *corr.* P² 28 respectu om. V

F 12 ARISTOT., *De an.* III t. 18 (I¹ c. 5, 430a 14-15). 14-15 Ib. t. 17 (lin. 12-13).

T ¹ Cf. supra p. 328, 18-25. ² Cf. ibidem. ³ Cf. supra n. 267.

respectu aliarum scientiarum; igitur possunt haberi diversi actus respectu magis universalis et minus universalis, quia habitus est quo utimur cum volumus¹. Utendo igitur uno habitu, mediante actu intelligendi, obiectum est praesens sub ratione universaliore et communiore et non sub ratione minus universalis; sed si in phantasmate intelligeret omnia, tunc videretur semper universalius in particulari, et sic non posset cognosci nec intelligi magis universale nisi simul intelligeretur minus universale.

277 Idem arguitur de universali et singulari, nam intelligendo commune in singulari non intelligitur sub omni sua indifferentia; ideo aliter oportet universale esse praesens intellectui quam in suo singulari, quia aliter non esset praesens intellectui ipsum universale sub propria ratione sua secundum totam suam indifferentiam.

278 Praeterea, sexto arguitur sic: quaero an intellectus possit habere obiectum sibi praesens in specie intelligibili apud se, aut non. Si non potest, igitur intellectus est inseparabilis a corpore, — sic enim arguit Philosophus, quod 'si intellectus non potest habere suam operationem nisi cum phantasmate, igitur nec esse'. Igitur intellectus potest habere in se obiectum praesens in specie intelligibili; igitur habet illud, quia ibi est patiens et agens sufficienter causantia speciem intelligibilem.

279 Praeterea, potentiae sensitivae non habent sua obiecta eis praesentia quia sunt praesentia secundum eorum species potentiis inferioribus, sicut sensus communis non habet obiectum sibi praesens quia est praesens potentiae visivae; similiter phantasia non est habens obiectum sibi praesens quia est praesens oculo, sed habet obiectum suum sibi praesens propria praesentialitate. Et hoc est

PV

1 actus] habitus V 2-4 respectu — actu om. V 4 intelligendi] add. ut V 5 non] etiam V 9 Idem] Item V | singulari] particulari V² 10 ideo] igitur V 11-12 quam — intellectui om. V² 12 intellectui] in intellectu V² 13 suam om. V²(ante totam) 14 quaero] add. sic V 15 sibi] in se V | specie] comp. P² 16 potest om. V 16-18 est inseparabilis — cum phantasmate] non est inseparabilis a phantasmate P² 17 si om. V 17-18 suam operationem] operat. sui V 20 agens] agentia P² 22-23 praesentia] add. ex hoc V 25 similiter] add. de V 25-26 est habens] est V' habet V² 27 est] add. de ratione V

F 17-18 ARISTOT., *De an.* I t. 12. 13 (A c. 1, 403a 7-10. 10-12).

T ¹ Cf. AVERROES, *De an.* III com. 18: «Haec enim est definitio huius [intellectivi] habitus, scilicet ut habens habitum intelligat per ipsum illud quod est sibi proprium ex se, et quando voluerit, absque eo quod indigeat in hoc aliquo extrinseco».

perfectionis talis potentiae quod possit habere obiectum sic sibi praesens. Igitur cum intellectus sit potentia perfectior, habebit obiectum suum sibi praesens propria praesentialitate, et non quia est relucens in phantasmate.

- 5 Praeterea, potentia requirens praesentiam obiecti et non habens 280
eam nisi ex coniunctione eius cum alia potentia cum qua contingenter coniungitur, ab ea dependet; et esset potentia perfectior si non dependeret; si igitur intellectus tantum habet obiectum suum in virtute phantastica cum qua contingenter coniungitur, dependeret ab
10 illa, nec posset habere actionem suam sine illa, — et sic esset imperfectior illa.

- [Contra opinantem] — Praeterea, contra sic opinantem arguitur sic: 281
ipsemet in quaestionibus de potentiis animae dicit quod anima determinatur ut sit sensus visus, quia est perfectio talis organi; et
15 sic de aliis sensibus¹. Sed non sic de intellectu, cum non habeat organum, sed dicit quod est in potentia quousque recipiat aliquod intelligibile, et per hoc quod recipit intelligibile, determinatur ut sit intellectus, sed per se anima non recipit intelligibile nisi in virtute phantastica²; igitur per virtutem phantasticam fit anima intellec-
20 tus, — quod nihil est dicere.

III. — AD QUAESTIONEM

- Respondeo ergo ad quaestionem³ et dico quod oportet ponere 282
aliquid in intellectu quod sit prius actu intelligendi, in quo obiectum est praesens intellectui; quod quidem non potest esse habitus,
25 quia obiectum ut praesens intellectui praecedat omnem actum intelligendi, sed habitus sequitur aliquos actus, quia secundum omnes philosophos habitus generatur ex actibus⁴. Unde illud quod sic

PV

6 coniunctione] cognitione P* 7 dependeret V | potentia perfectior] perf. illa pot. V
10 nec] ut P* 12 opinantem] comp. V* 13 ipsemet] ipse namque V | quaestionibus]
add. suis V | dicit] add. sic V 14 sensus om. V 16 dicit] ostendit P* 18 se] te V |
in om. V 19 igitur — phantasticam om. V 22 et om. V

F 13 Cf. supra ad p. 327, 20-330, 21.

T ¹ Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* XI q. 6 in corp. (f. 454M); q. 5 in corp. (f. 451Z).

² Ib. q. 6 in corp. (f. 455R). ³ Cf. supra n. 249. ⁴ Cf. ARISTOT., *Eth. ad Nic.* II c. 1 (B c. 1, 1103b 21-22): « Ex similibus operationibus habitus fiunt ».

praecedit actum intelligendi, in quo obiectum est praesens intellectui, dicitur 'species'. Quod si voces illud alio nomine, ut nomine 'habitus' vel alicuius alterius, non curo. Haec enim est intentio Philosophi, et magis expresse Augustini.

283 Est enim intentio Philosophi non solum propter id quod praedictum est¹, sed quia dicit quod 'anima est quodammodo omnia', nam 'per sensus est omnia sensibilia et per intellectum est omnia intelligibilia'; quod non potest esse secundum naturam, sicut dixerunt antiqui; igitur verum est secundum similitudinem. Sicut igitur sensus est omnia sensibilia quia habet in se similitudinem eorum, ita oportet quod intellectus sit omnia intelligibilia quia in se habet similitudines omnium.

284 Sed ad hoc dicunt alii, de alia opinione², quod hoc³ debet intelligi dissimiliter et non similiter, nam sensus est omnia sensibilia per receptionem specierum, quae sunt similitudines; sed intellectus non sic, sed est omnia intelligibilia per habitum scientiae et non per speciem receptam.

285 Sed contra. Primo, stat ratio prior⁴, quia si anima sit quodam-

PV

3 alicuius alterius] actus alicuius V 4 expresse] add. intentio V 5 intentio Philosophi] om. P' Philosophi P² | propter in corr. P² 6 est quodammodo] q. e. V 7-8 et — intelligibilia] et V' om. V² 10-12 Sicut — omnium om. V 11 intelligibilia] add. ita P 13 alii] aliqui V 15 similes V 18 quia si] quod V 18-p. 339, 1 sit quodammodo] q. s. V

F 5-8 ARISTOT., *De an.* III t. 37 (Γ c. 8, 431b 21-23). 9 Cf. ARISTOT., *De an.* I t. 33 (A c. 2, 405b 15-17): « Quia anima cognoscit omnia, posuerunt [quidam antiqui] eam constitui ex omnibus principiis ». 13-17 HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 14 in corp. (f. 176K): « Unde cum dicit [Aristoteles] inferius quod 'omnia ea quae sunt, quodammodo est anima, quia omnia quae sunt aut sensibilia sunt, aut intelligibilia; est autem scientia quidem scibilia, sensus autem sensibilia', et sensus est sensibilia per species sibi impressas, — oportet quod hic loquatur ex parte intellectivae de alio modo essendi res quam ibi, scilicet non per illam speciem expressam, sed per habitum scientiae quae est species impressa alterius generis ab illa quam negamus. Unde expresse dicit 'scientia quidem scibilia'. Propter quod cum statim subiungit quod necesse est quod 'res ipsae sunt in anima, aut species earum; ipsae quidem res non sunt in ea, non enim hic lapis est in anima sed species', — ex parte sensus intelligitur solum de specie organo impressa, quae non est ratio sentiendi nisi materialiter; ex parte vero intellectus intelligitur quoad istum locum de specie impressa quae est 'habitus scientiae' quoad locum praecedentem de specie expressa, quae est quiditas et ratio lapidis universalis, et 'species' respectu huius lapidis particularis, de quo dicit, et bene, quod 'non est in anima'. Et sic quiditas et essentia rerum abstrahens a loco et tempore dupliciter habet esse in intellectiva potentia: et impulsive 'in' habitu scientiae, et expressive secundum se sed 'per' habitum scientiae, sine quo nec sic esset in illa; q. 7 in corp. (f. 95A); V q. 14 in corp. (f. 176K).

T ¹ Cf. supra n. 275. 278. ² scil. Henricus Gandavensis, in cuius dictis fundatur opinio n. 256. ³ scil. dictum Philosophi (lin. 6-8). ⁴ Cf. supra n. 282.

modo omnia, et non quia componitur ex naturis omnium, igitur est omnia per assimilationem; sicut igitur sensus est sensibilia per assimilationem, ita oportet quod intellectus sit omnia intelligibilia per assimilationem.

- 5 Praeterea, habitus non sufficit ad actum eliciendum, sicut ipsi ponunt, quia habitus potest esse in intellectu, licet obiectum non sit praesens; unde dicunt quod requiritur nova abstractio ad hoc quod intellectus intelligat, licet in intellectu sit habitus: igitur intellectus non erit omnia intelligibilia per habitum, sed magis per phan-
10 tasmata, secundum eos, – quod tamen falsum est, quia sic esset intellectus omnia intelligibilia non per intellectum et intelligibilia, sed per sensum et sensibilia.

Item, haec est sententia expressius Augustini¹, quia Philo- 286
sophus pauca verba dicit de hoc, quae etiam glossari possunt.

- 15 Unde arguo sic ad intentionem Augustini: nihil est perfecte gignens actualem notitiam nisi habeat obiectum praesens ante notitiam genitam, ut est in se vel in suo expressivo; sed intellectus noster ut est potentia superior respectu potentiae sensitivae, non habet ante actum intelligendi obiectum sibi praesens nec in se nec in suo
20 expressivo sive repraesentativo, quia non habet hoc nisi in phantasmate, secundum eos²; ergo nihil est in intellectiva potentia ut

PV

1 opponitur P* 3 oportet quod] et V | sit om. V 5 actum eliciendum] e. a. V 11 et
intelligibilia om. V 13 expressiva P' expressa P² 14 quae] et V 15 arguitur V
16 ante] aut V 17 ut est] vel V 21 in om. V

F 5 HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 14 in corp. (f. 177R): «Et sic ad actum intelligendi oportet quod in intelligendo intelligibile, in quantum est intellectum, secundum habitum agat in intellectum immutando ipsum, ut exeat de potentia in actum, et intellectus ipse est ipsum patiens. Nec in hoc formaliter et complete consistit actus intelligendi, sed inchoative tantum; sed consistit complete et formaliter in hoc quod per hoc quod intellectus movetur ab habitu et splendet per hoc intelligibile secundum actum in intellectu, unum iam fit ex intellectu in quantum est vis intellectiva et intellecto in quantum est obiectum intelligibile, quod quidem est unum principium actionis, quae est intelligere, quae est operatio et perfectio intelligentis in quantum intelligens est, sed formaliter per ipsum obiectum»; q. 25 in corp. (f. 204K). 7-8 Ib. V q. 14 in corp. (f. 176 O): «Phantasmata autem apprehensa ab imaginatione, ut apprehensa ab illa, sunt immaterialia, abstracta a materiae praesentia, non autem abstracta a condicionibus particularibus quae accidunt formae secundum quod est in materia individuata, sicut sunt figura, ubi, et huiusmodi. Quae quidem phantasmata sub talibus condicionibus intellectum movere non possunt primo et per se neque ab ipso apprehendi, sed solum secundum quod sunt abstracta non solum a materiae particularis praesentia, sed etiam a dictis condicionibus individualibus, ita quod phantasmata in imaginativa apprehensa non sunt nisi in potentia universalis et in potentia moventis intellectum».

T ¹ Cf. supra n. 282. ² Cf. supra n. 256.

distinguitur a sensitiva, quod habet rationem memoriae a quo gignatur notitia actualis, – quod est contra Augustinum XII *De Trinitate* cap. 4, ubi vult quod licet in portione superiore intellectus sit imago, tamen in portione inferiore similiter est imago. Similiter, hoc idem vult XV *De Trinitate* cap. 10.

- 287 Dices forte quod licet in intellectu non sit species intelligibilis, tamen ibi est confusa notitia prima, ex qua potest gigni notitia perfectior, et intellectus ut habet istam notitiam confusam sic est memoria.
- 288 Contra: dicens praedictam opinionem¹ ponit quod ‘universale’¹⁰ est in memoria et in intelligentia; qualitercumque ponat quod ibi veniat, hoc tamen dicit: ‘in memoria est antequam intelligat’ sed «est in memoria ut movet ad actum intelligendi», sicut dicit; igitur non est memoria per actum intelligendi confusum, sed ante actum istum, quando habet obiectum praesens. Et haec est intentio Augustini XV² *De Trinitate* cap. 21.

PV

3 superioris (post intellectus V) P*V 4 sit] insit V² | inferioris P* | similiter om. V*(post est) 5 XV] 3 P | 10] 1 P 7 primo V | quo P 10 dicens — ponit] illud tertiae opinionis V | praedictam] primam P 11 in² om. P* | qualitercumque] add. contra litteram P* | ponam (?) P* ponit V 12 hoc] hic V | tamen] cum P | dicit] add. sequitur quod P² | sed] add. ut V* 13 in om. P 14 ante om. P* 15 quando om. V | obiectum] add. sibi V 16 XV] 14 codd. | 21] 12 P

F 2 AUGUST., *De Trin.* XII c. 4 n. 4 (PL 42, 1000). 5 Ib. XV c. 10 n. 17 (col. 1070). 6-9 HENRICUS GAND., *Summa* a. 58 q. 5 in corp. (II f. 135P): «Intellectus... dupliciter potest considerari: uno modo ut nudus et purus, non informatus ab obiecto aliqua notitia sive habituali sive actuali; alio modo ut est notitia aliqua informatus. Primo modo quasi virtus passiva est et quasi materialis... Secundo modo consideratur dupliciter: uno modo ut est informatus notitia quasi simplici et quasi confusa, alio modo ut est informatus notitia declarativa. Primo modo vocatur memoria, nec generatur aliquid in ipso intellectu ipso agente... sed solum agente obiecto... Secundo autem modo vocatur intelligentia, et est in ipsa generatio notitiae declarativae ab illa quae est simplex in memoria». 10-13 HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 8 in corp. (f. 97M): «Illud autem obiectum universale ut est praesens memoriae et perfectio eius, secundum unum modum scientiae sive notitiae dicitur esse notitia habitualis existens in memoria, – et id ipsum, in quantum actu movet intelligentiam et ad ipsum actum intelligendi terminatur; et secundum alium modum notitiae, dicitur esse notitia actualis in intelligentia. Et quia fit in intelligentia per hoc quod prius natura, etsi non tempore, habet esse... praesens in memoria, unde movet intelligentiam, ideo dicit Augustinus quod est notitia de notitia, et est id ipsum re, ut est in memoria parens respectu sui ipsius, ut est in intelligentia velut proles et verbum»; V q. 25 in corp. (f. 204 I-M). 15-16 AUGUST., *De Trin.* XV c. 21 n. 40 (PL 42, 1088): «Memoriae tribuens omne quod scimus, etiamsi non inde cogitemus, intelligentiae vero proprio modo quodam cogitationis informationem».

T ¹ scil. hic supra n. 287; ‘dicens’ est Henricus Gandavensis. – Loco «praedictam» codex P legit «primam»; cf. tamen infra p. 341, 8. ² Loco «XV» codices tradunt «XIV»; cf. tamen DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3 n. 376 (III 229, 10).

Praeterea, ista confusa notitia quam ponis loco memoriae¹, aut 289
 inest cum notitia perfecta genita, aut non. Si sic, igitur erunt ibi
 duo actus et duae notitiae simul eiusdem, una confusa et alia expressa
 et perfecta, quod falsum est. Si non est simul cum alia, igitur quando
 5 gignit aliam, tunc non erit; et sic memoria erit memoria per unum
 nihil.

Item, nec potes dicere quod 'intellectus habeat rationem me- 290
 moriae per habitum'², quia tenens opinionem praedictam³ po-
 nit quod obiectum non est praesens per habitum, quia potest habi-
 10 tus manere quando non est obiectum praesens⁴; sed memoria oportet
 quod habeat obiectum sibi praesens ad hoc quod gignat. Similiter,
 secundum veritatem hoc non potest poni, quia habitus non gene-
 ratur nisi ex actibus, et memoria est quando est in actu primo; et
 15 ideo oportet quod memoria habeat obiectum sibi praesens per spe-
 ciem intelligibilem quam in se habet impressam a phantasmate me-
 diante lumine intellectus agentis.

IV. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA

Ad primam rationem⁵ dico primo quod concludit contra omnem 291
 opinionem⁶ et contra eum aequaliter, quia ipse ponit speciem re-
 20 praesentantem universale in phantasmate⁷. Quaero igitur a quo
 imprimitur: aut ab obiecto, et tunc erit repraesentativa singularis,
 sicut et obiectum est singulare, per rationem suam⁸; aut imprimi-
 tur a Deo, et tunc etiam eodem modo repraesentat sicut si esset ab
 obiecto.

Ad rationem⁹ igitur dico uno modo sic: quando dicitur quod 292
 'species repraesentat obiectum sub illa ratione sub qua imprimitur
 ab obiecto'¹⁰, – distinguendum est de 'ratione', per quam potest

PV

2 inest] manet V 3 et duae notitiae om. P² 4 alia] add. gignitur P² 11 Similiter]
 sicut P 12 non¹ om. P 13 quando] add. non V¹ 15 a phantasmate om. V 18 dico
 primo] p. d. V 20 igitur om. P 21 et om. V 22-23 imprimeretur P' imprimetur P²
 23 repraesentet P

T¹ Cf. supra n. 287. ² Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 25 in corp. (f. 204K):
 «Habitus scientialis... in intellectu consistit ut in memoria, ita quod memoria intellectualis nihil
 aliud sit proprie dicta quam intellectus possibilis ut est contentivus habitus scientialis». ³ scil.
 Henricus Gandavensis, cf. supra n. 287. ⁴ Cf. supra ad p. 339, 5. ⁵ Cf. supra n. 249.
⁶ scil. quia negat intelligibilitatem universalis. ⁷ Cf. supra p. 328, 15-22 et ibi nota 2.
⁸ Cf. supra p. 325, 16-17. ⁹ Cf. supra n. 249. ¹⁰ Cf. supra p. 325, 13-14.

intelligi ratio imprimantis vel ratio imprimendi. Si intelligatur ratio imprimantis, sic est propositio falsa, quia ratio imprimantis est ratio singularitatis, et obiectum per rationem singularitatis non imprimit, ita quod singularitas sit causa impressionis speciei. Si autem intelligatur de ratione formali imprimendi, sic est propositio vera quod species repraesentat obiectum secundum rationem secundum quam et qua formaliter imprimit, sicut calor imprimit formam suam non per rationem singularitatis sed per formam caloris. Et sic¹ accipiendo maiorem², tunc est minor³ accepta secundum aliam rationem⁴, quando dicitur quod 'obiectum imprimit ut singulare', et ideo est variatio.

293 Aliter dico ad rationem quod maior vera est de eo quod est praecise imprimens et non aliter; sed phantasma et intellectus agens sunt una causa impressionis speciei, et non alterum tantum; et quando effectus est a duabus causis quarum una est imperfectior et alia perfectior, non sequitur⁵ praecise modum causae imperfectioris sed magis modum causae perfectioris: unde nisi imprimeretur⁶ in intellectu possibili per actionem intellectus agentis et haberet esse magis spirituale, non haberet indifferentiam quam habet, et si esset in phantasmate, non haberet illam indifferentiam.

294 Ad secundum, quando arguitur quod 'obiectum est causa quare species est praesens, et non e contra'⁷, dico quod ista etiam ratio concludit contra omnem opinionem sicut et prior⁸. Dico igitur quod species impressa in intellectu possibili non est secunda intentio⁹, sed est effectus realis et qualitas realis informans intellectum: obiectum igitur ut est activum quoddam est praesens in intellectu sub ratione agentis, vel alicuius quod tenet vicem obiecti, antequam species sit praesens ut forma informans intellectum, et secundum

PV

1 ratio] *add.* quia vel est ratio V 4-5 intelligitur V 5 quod] quia V 12 de eo
om. P 13 praecise] *add.* et expresse P² 14 et] sed V 15 effectus est] est eff. V | una
om. P² 16 sequitur om. P* (*post praecise*) 16-17 causae imperfectioris] i. c. V 17 nisi in
corr. P² 19 spiritualius P' spiritualiter P² 22 etiam ratio] r. e. V 23 sicut — igitur] sicut
et prior videtur. Dico V' sicut videtur et prior. Unde dico V² 24-25 secunda intentio] sola
intellectio V 25 et om. V* 26 in intellectu] intellectui V

T ¹ scil. secundum rationem imprimendi. ² Cf. supra p. 325, 13-14. ³ Cf. supra p. 325, 16-17. ⁴ scil. secundum rationem imprimantis. ⁵ scil. effectus. ⁶ scil. 'species repraesentans obiectum'. ⁷ Cf. supra n. 250. ⁸ Cf. supra n. 291. ⁹ id est opus solius intellectus. — De intentionibus cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 6 in corp. (f. 161 I-L); *Summa* a. 53 q. 5 in corp. (II f. 64H-I).

hoc obiectum est causa quare species est praesens; sed tamen in secundo instanti naturae species perficiens intellectum et repraesentans obiectum in secundo instanti est causa quare obiectum est praesens intellectui in esse intelligibili.

- 5 Ad tertium, quando arguitur quod tunc 'in memoria essent si-
mul plures species'¹, dico quod species potest esse prior actu intel-
ligendi, et etiam posterior (quando non intelligit), et sic intellectus
potest habere obiectum sibi praesens, quantum est ex parte talis
10 potestiae, sine alia potentia; et sic potest simul habere plures spe-
cies in memoria. Unde Augustinus XIV *De Trinitate*: peritus
multarum disciplinarum habet simul multos habitus, et tamen con-
siderat secundum unum et non secundum alium². Eadem ratione,
licet in memoria sint plures species, tamen potest intelligere me-
diante una, licet non per aliam. Unde idem argumentum est contra
15 Augustinum. Ideo concedo quod in memoria simul possunt
esse plures species, et non sequitur 'igitur simul habebit plures
actus intelligendi'³. Et huius causa supra dicta est, in isto primo⁴:
quando enim plura sensibilia occurrunt sensibus et movent eos,
quodcumque sensibilibus efficacius cum intellectu agente imprimit
20 similitudinem suam, illud intelligitur ab intellectu possibili; nec
hoc est in potestate intellectus. Unde dicit Augustinus III *De li-
bero arbitrio*: 'Non est in potestate nostra quibus visis tangamur'.
Quando enim quis surgit a somnis, non est in potestate sua quid
primo intelligatur; immo illud necessario primo intelligitur quod
25 primo et efficacius movet intellectum possibilem, et ideo licet sint
plures species in intellectu, quia tamen efficacius phantasiatur sin-

PV

1 sed] et V 3 in secundo instanti om. V 4 intellectui om. V 7 quando in corr. V²
9 simul] similiter P* 10 XIV] 9 P | peritus] paratus P 14 idem] illud V 15-16 possunt
esse] e. p. V 16 igitur] ideo V | simul habebit] h. s. V 18 plura sensibilia] plura sensualia P
plures causae V' plures causae vel plura sensibilia V² | concurrunt V* | sensibus] sensualibus P*
sensibilibus V 19 sensualium P* 24 necessario post intelligitur V 25 efficacius] effi-
cientius P

F 10 AUGUST., *De Trin.* XIV c. 6 n. 8 (PL 42, 1042): «Multarum disciplinarum peritus, ea quae novit, eius memoria continentur, nec est inde aliquid in conspectu mentis eius nisi unde cogitat». 21 AUGUST., *De libero arb.* III c. 25 n. 74 (PL 32, 1307): «Quid autem quisque vel sumat vel respuat, est in potestate, sed quo viso tangatur, nulla potestas est».

T ¹ Cf. supra n. 251. ² Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 25 in corp. (f. 204K).
³ Cf. supra n. 252. ⁴ scil. libro, cf. supra n. 70.

gulare unius quam alterius, ideo unum intelligit et non aliud. Sed hoc non est ex parte potentiae, sicut alias supra dictum est¹.

296 Ad aliam probationem² dico primo quod non est intentio Avicennae quod plures species non³ possint esse simul in intellectu, et etiam quod species non maneat post actum; vult enim quod 5 quando intelligitur homo et Socrates, ad hoc quod intelligatur Plato, non requiritur alia species et sic manet post intellectionem Socratis.

297 Et quando dicitur secundum Algazelem quod 'species comparatur ad intellectum sicut figura ad corpus'⁴, dicendum quod 10 quando aliquid est translatum ad aliud, non oportet quod illud ad quod translatum est accipiat secundum propriam rationem illius alterius, sicut quando lux transfertur ad aliquid, non oportet quod si lux sit qualitas realis activa, quod ideo illud ad quod transfertur sit qualitas vel actus. Unde figura transfertur ad speciem non se- 15 cundum suam propriam rationem, quae est terminari una linea vel duabus, vel terminare et disponere corpus, sed transfertur quod sicut figura repraesentat illud cuius est, sic species in intellectu assimilatur intellectum obiecto. Et ideo mirum est quod aliquis doctor⁵ velit fundare se supra istam rationem, quod propter eam dicatur 20 quod intellectus non possit simul plura intelligere. Unde non est

PV

1 ideo] om. V' ideo intellectus V² 2 hoc om. P 4-5 non... non om. codd. 6 et Socrates om. V 7 sic] add. simul V 8 Socratis] hominis V 12 translatum est] mensuratum P² | accipitur codd. 14 activa] actus P² 15 sit — actus] sit ante ad quod (14) V' sit qualitas vel reale activum V² om. P² 16 quae] quod P 17 et] vel V 19 ideo om. V 20 fundare se] se f. V 21 simul om. P

F 5-8 AVICENNA, *De an.* pars 5 c. 5 (f. 25va): « Cum autem aliquam formam repraesentat... imaginatio intellectui et intellectus excipit ex illa intentionem, sed postea repraesentaverit ei aliam formam eiusdem speciei, quae non est alia nisi numero, iam non excipiet intellectus ex ea aliam formam praeter quam acceperat, nullo modo, nisi secundum accidens, quod est illius proprium, ex hoc quod est illud accidens, ita ut aliquando accipiat illam nudam aliquando cum illo accidente; et propter hoc dicitur quod Socrates et Plato sunt una intentio in humanitate. Non quod humanitas... ipsa eadem sit [in utroque], ... sed quod humanitas multiplicata est in esse... Quod autem de hoc intelligitur, hoc est quod prima forma humana quae praecedit, ipsa prodest tantum animae ad cognoscendum formam humanam, secunda vero nihil prodest. Intentio enim impressa animae est una, quae non est nisi imaginatio prima; et imaginatio secunda nihil operatur. Potuit autem unaquaeque praecedere et operari illud idem in anima, non sicut 'hic homo' singularis et 'hic equus' ».

T ¹ Cf. supra n. 74. ² Cf. supra n. 253. ³ Hic et in linea sequente codices omittunt « non », quod tamen ex contextu omnino requiritur. ⁴ Cf. supra n. 253. ⁵ Cf. supra n. 256.

inconveniēns intellectum informari pluribus speciebus, sicut est
inconveniēns corpus simul figurari diversis figuris, quia secundum
Philosophum IV *Metaphysicae* species contrariorum in anima
non sunt contrariae.

- 5 Ad aliud, quando arguitur quod tunc 'intellectus non pateretur 298
ut intellectus, sed ut subiectum patitur ab accidente'¹, dico quod
oportet ut passio intentionalis praesupponat passionem realem,
aliter enim fundaretur in nihilo; et ideo passio intellectus ab obiecto
ut splendet in specie, intentionaliter ibi existens secundum esse
10 intelligibile, praesupponit passionem realem intellectus a specie
informante in quantum est ab agente reali. Unde intellectus patitur
utroque modo, nec posset pati per modum intelligendi ab obiecto
intentionaliter, nisi prius pateretur ab obiecto realiter, ut est agens
in intellectum.

15

[V. — AD ARGUMENTA PRO OPINIONE ALIORUM]

- [Ad argumenta primae opinionis] — Ad hoc quod primo adducitur 299
in alia opinione, quod 'sensus recipit quia organicus et similis dis-
positionis'², dico quod falsum est. Sed quia corpus est mixtum³,
non potens recipere speciem sensibilis sicut est in medio, ideo na-
20 tura providit tale organum in quo obiectum possit esse praesens
sensui; unde recipit⁴ propter praesentiam obiecti. Et ideo ad hoc
quod obiectum sit praesens intellectui, requiritur quod⁵ aliquid
habeat loco organi; et hoc est memoria, in qua primo recipitur
species.
25 Ad aliud, quando dicitur secundum Philosophum quod 300
'nihil intelligimus sine phantasmate, sine conversione ad phantas-
mata'⁶, dico quod ita est de facto quod intellectus nunc nihil intel-

PV

1 conveniens P* | informari] formaliter P* 1-2 est inconveniens] i. e. V 2 figurari]
informari V 7 ut] quod V | intentionaliter V | praesupponit P | realem om. P* 8 enim
om. V | nihilo] nobis P* | ab obiecto om. V 9 ut] vel quod V | existens] ens P* 12 intel-
ligendi] intellectus V 19 sensibilis] sensitivam V | sicut est in medio om. V 20 prae-
vidit V 23 haec V 26 phantasmate] add. et V² 27 ita] ista P* | nunc] noster V

F 3 ARISTOT., *Metaph.* VII t. 23 (Z c. 7, 1032b 2-3): «Etenim contrariorum quodam modo
eadem species [est in anima]».

T ¹ Cf. supra n. 254. ² Cf. supra n. 256. ³ Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3
n. 388 (III 236). ⁴ scil. sensus actum. ⁵ adde: intellectus. ⁶ Cf. supra n. 260.

ligit nisi dum phantasia phantasiatur; et haec est conversio intellectus ad phantasmata, non quasi intellectus habeat actionem suam qua convertatur ad phantasmata, sed quia de facto oportet istas potentias simul operari, ut phantasia circa singulare et intellectus circa universale. Unde nihil intelligere nisi dum phantasia phantasiatur singulare illius quod intelligitur, hoc est intellectum converti ad phantasmata. Sed tamen licet hoc sit de facto, hoc tamen non est de ratione potentiae, sicut supra alias dictum est¹, nam intellectus separatus intelliget sine conversione ad phantasmata; et ideo quantum est de natura potentiae, intellectus potest intelligere sine conversione ad phantasmata. Sed quare de facto non potest, supra expositum est, in alia quaestione².

301 Ad aliud, quando dicitur quod 'anima est locus specierum non tota sed intellectus'³, dico quod hoc multipliciter exponi potest:

Uno modo, quod hoc verum est, quia intellectus non est ita immersus speciebus sicut sunt aliae potentiae sensitivae. Unde prima libertas in actu imperato et elicitio est ipsius intellectus, et ideo magis extranee comparatur ad species quas recipit quam aliae potentiae, propter quod magis dicitur locus specierum quam aliae potentiae.

302 Aliter etiam potest dici quod species cum passione reali habent esse in potentia sensitiva et possunt deleri per contrariam actionem, non sic autem in intellectu. Unde quando aliquis reminiscitur, manet species in intellectu, etsi deleatur a phantasia; et ideo intellectus magis dicitur locus specierum quam aliae potentiae sensitivae, quia maiorem virtutem continendi habet speciem quam alia potentia.

303 Ad illud Augustini XV *De Trinitate* cap. 10, ubi dicit notitiam esse genitam a notitia et non a specie⁴, dico quod ipse glossat se per hoc quod sequitur in eodem capitulo, quod «illa notitia est formata cogitatio ab ea re quam scimus»; sed manifestum

PV

1 dum] de P^s 2 quasi] quod V 3 istas] illas V 4 phantasiam P² | intellectum P²
5 Unde] add. intellectum V | dum] de P^s quando V' quod V² 6 singulare om. P^s 9 conversione] add. tali V 16 sunt om. V 19 propter — potentiae om. P^s | propter quod] quia V 22 sic] sicut P^s | Unde] vel P 23 etsi] si PV² 24 magis dicitur] d. m. V
25 habet om. V 26 XV] 12 V

F 28-29 AUGUST., *De Trin.* XV c. 10 n. 19 (PL 42, 1071): «Formata quippe cogitatio ab ea re quam scimus, verbum est quod in corde dicimus».

T ¹ Cf. supra n. 74. Cf. etiam supra p. 344, 1-2. ² scil. in quaestione prima huius distinctionis, cf. supra n. 44-45. ³ Cf. supra n. 261. ⁴ Cf. supra n. 263 et prima Augustini auctoritas ibi in apparatu fontium adducta.

est quod hoc est obiectum; et ideo intelligit per notitiam a qua gignitur alia obiectum splendens in specie intelligibili. Nec ista glossa debet videri alicui extranea, quia dicimus quod geometria est unius habitus, cum tamen ibi sint multae conclusiones probatae; unde
 5 ista unitas non potest esse nisi propter unitatem illius quod scitur. Unde quod dicit quod notitia gignitur ex notitia et scientia ex scientia¹, debet intelligi quod scientia actualis, quae est notitia, gignatur ab eo quod scitur quod praesens est in specie intelligibili.

[Ad rationem secundae opinionis] — Ad rationem alterius opinio- 304
 10 nis, quando arguitur quod 'potentia reducitur in actum illum ad quem est in potentia'², dicendum quod secundum Philosophum intellectus antequam recipiat speciem, et non habens speciem, est in potentia essentiali ad actum intelligendi, et perfecta³ potentia essentiali, remanet in potentia accidentali⁴; nunc autem quando ali-
 15 quid est in potentia ad diversos actus ordine quodam — quorum unus est prior generatione et alius posterior, sed prior perfectione — per prius reducitur in actum priorem origine; et ideo intellectus prius reducitur ad esse intelligibile obiecti quod habet per speciem, quam reducat in actum intelligendi qui sequitur.

20 Hic tamen est considerandum quod non sic reducitur in actum 305 secundum, ut intellectus mediante actu primo recipiat actum secundum (scilicet intelligere), quemadmodum substantia non recipit colorem nisi mediante superficie; immo immediate recipit actum intelligendi potentia intellectiva, sicut materia prima immediate
 25 recipit omnes formas ad quas immediate est in potentia; et ideo intellectus immediate recipit actum intelligendi. — Cuius probatio est: si enim intellectus reciperet actum intelligendi non immediate sed mediante specie, sicut corpus recipit colorem per superficiem, impossibile esset intellectum intelligere sine specie impressa (sicut

PV

1 quod] quia V* | obiectum] ostensum V* 3 geometria] generatio V 5 scitur] sequitur V 6 quod¹ om. V 7-8 debet — intelligibili om. P 12 speciem¹] species P 14 autem] aut P 16 prior¹] prius P | posterior] add. generatione V 17 reducitur] add. origine PV* | priorem] qui prior est V² 18 ad] in P* 20 Hic] Hoc P* 22 scilicet] sed P* | intelligere om. P | quemadmodum in corr. P² 24 potentia intellectiva om. V 28 mediante] add. ipsa V | per superficiem] (...) P' per speciem P² 29 impossibile — sicut] etiam impossibile esset intellectum intelligere sine specie impressa post falsum est (p. 348, 1) P*

T ¹ Cf. supra n. 263. ² Cf. supra n. 264. ³ scil. deducta in actum per speciem intelligibilem. ⁴ Cf. supra n. 255.

impossibile est corpus colorari sine superficie), – quod falsum est, sicut patebit alias¹, quia quando obiectum secundum se est praesens, et non per speciem suam, ipsi intellectui, sicut est in beatis, non praesupponit speciem sicut effectus posterior priorem, sed intellectus sine specie intelligit.

5

VI. – INSTANTIA PRO OPINIONE ALIORUM

306 Ad primam rationem, per quam argutum est contra aliam opinionem², instatur sic ab aliquibus, quod eadem albedo diversis similitudinibus potest esse similis diversis albedinibus propter diversas rationes fundatas in eadem albedine; igitur similiter eadem species per comparisonem ad diversa obiecta potest habere diversas rationes repraesentandi et sic variari solum secundum rationem, et per consequens eadem species in phantasmate potest repraesentare obiectum universale et singulare³.

307 Dicendum quod nihil est ad propositum, quia impossibile est quod idem effectus imitetur perfecte duas causas in eodem ordine et quod sit ab eis; tunc enim idem effectus posset esse et non esse, et idem effectus bis produceretur, quod nihil est. Nunc autem species repraesentans universale primo perfecte imitatur obiectum universale, et similiter species in phantasmate repraesentans singulare perfecte imitatur ipsum; ideo impossibile est quod sit eadem species in qua primo relucet obiectum universale et singulare, cum ista habeant diversa principia repraesentatorum et causantium speciem.

PV

3 in beatis in ras. P² 4 speciem om. P² | sed om. P²V² 5 intelligit] intelligi potest V²
10 similiter] sicut P' sic P² 20 similiter] sicut P 22 species om. V 23 habeat P

F 8 Cf. supra ad p. 327, 20-330, 21.

T ¹ Cf. infra n. 370. 381. – Cf. etiam DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 3 pars 2 q. 1 n. [8. 10]; q. 2 n. [12]; IV d. 45 q. 2 n. [12]. ² Cf. supra n. 268. ³ Cf. HENRICUS GAND., *Summa* a. 34 q. 5 in corp. (I f. 217N); a. 58 q. 2 ad 3 (II f. 131N-132N).

[QUAESTIO 2

UTRUM MEMORIA INTELLECTIVA, IN QUANTUM EST INTELLECTIVA
ET ALIQUID ANIMAE INTELLECTIVAE PRAECISE, GIGNAT NOTITIAM]

Utrum memoria intellectiva, in quantum est intellectiva et ali- 308
5 quid animae intellectivae praecise, gignat notitiam.

Quod non, videtur:

Philosophus II *De anima* probat quod sensus sit potentia pas-
siva, quia si esset activa, sentiret absente obiecto, sicut ignis ex se
calefacit. Sic igitur arguitur in proposito: si intellectus, vel aliquid
10 ipsius, esset activus, tunc absente obiecto intelligeret, quod falsum
est; igitur cum totum quod est animae intellectivae, non potest
habere actum sine obiecto, sequitur quod totum sit passivum, et
per consequens nihil potentiae intellectivae praecise sufficit ad eli-
ciendum actum intelligendi.

15 Praeterea, III *De anima*: sicut intellectus agentis est « omnia fa- 309
cere » intelligibilia, sic intellectus possibilis est « omnia fieri », et sic
ab omnibus pati; sed ipsius intellectus agentis sic est omnia facere
quod nullo modo patitur; igitur ipsius intellectus possibilis sic erit
pati et fieri quod nullo modo eius est agere. Sed memoria intellectiva
20 pertinet ad intellectum possibilem, quia eius est conservare et re-
tinere, et non ad agentem; igitur eius non erit aliquo modo agere,
et per consequens non erit causa praecisa eliciendi actum intelli-
gendi.

Praeterea, si memoria esset praecisa causa actualis notitiae, se- 310
25 queretur quod omnes actuales notitiae et omnes actus intelligendi
essent unius rationis et eiusdem speciei. Consequens est falsum,
quia tunc omnes habitus scientifici generati ex actibus intelligendi
essent eiusdem speciei. – Consequentia ostenditur, quia ubi est
una formalis ratio agendi, ibi est effectus productus unius rationis

PV

4 est intellectiva et] est V' om. V² 4-5 aliquid animae] an. al. V 5 intellectivae]
add. est V | praecise om. V 9 Sic igitur] Similiter V | proposito] add. quod V | aliquid P
10 ipsius] add. intellectus V 15 agens V 15-16 omnia facere] f. o. V 21 ad om. P |
erit] eius P 22 causa praecisa] p. c. V 27 intelligendi om. V

F 7 ARISTOT., *De an.* II t. 51 et 52 (B c. 5, 416b 33-35 et 417a 6-9). 15 Ib. III t. 18
(Γ c. 5, 430a 14-15).

tantum; sed si memoria secundum se et praecise esset formalis ratio eliciendi actum intelligendi, tunc esset tantum una formalis ratio intelligendi, et per consequens omnes actus intelligendi essent unius rationis.

311 Contra:

5

Avicenna IX *Metaphysicae* cap. 4 vult quod intellectivi et intelligibilis est una causa, scilicet immaterialitas; sed anima immaterialis est, et memoria animae¹; igitur ipsa erit causa intelligendi active.

312 Praeterea, si memoria non de se esset causa intelligendi sed per alia concurrentia, ut per obiecta, tunc sequeretur quod actus intelligendi differentium specie differrent specie. Consequens est falsum: probatio, quia tunc habitus qui generantur ex actibus diversorum specie, essent diversi specie, quod non est verum, quia tunc tantum de una specie specialissima posset esse habitus unus. — Consequencia ostenditur, quia a causis diversis secundum speciem produ-
cuntur effectus diversi secundum speciem; si igitur memoria non esset causa intellectionis praecise, sed obiecta concurrentia cum memoria, cum ista obiecta sint diversa secundum speciem, sequitur quod etiam intellectiones essent diversae secundum speciem. 20

I. — OPINIONES ALIORUM¹

313 In ista quaestione sunt variae opiniones: duae extremae et aliae mediae.

A. — OPINIO PRIMA

«Opinionis expositio» — Est enim una opinio, quae imponitur Augustino, quod sola anima vel aliquid animae, quidquid sit, est causa activa gignendi notitiam, — et non obiectum, sed est² vel ut

PV

1 ratio om. P* 2 formalis om. V 8 memoria] add. ipsa V 10 non de se] de se non V 15 una om. V | esse] esset (I) P | habitus unus] u. h. V 16 a] ab activis V 17-19 si igitur memoria non esset — secundum speciem om. P* 25 enim om. V 26 sola] tota P

F 6 AVICENNA, *Metaph.* IX c. 4 (f. 104va-105ra). 25-p. 351, 5 PETRUS I. OLIVI, *Summa* II q. 72 (BFS VI 17. 9); cf. ib. q. 58 (V 462).

T ¹ scil. est aliquid animae. ² scil. obiectum.

terminans actum intelligendi, vel excitans potentiam intellectivam, vel inclinans eam ad actum intelligendi, vel est causa sine qua non intelligit, sicut diversi diversimode ponunt¹, hoc tamen salvo quod sola potentia intellectiva elicit actum intelligendi, nec concurrit ali-

5 quid aliud in ratione principii elicitive.

Quod ostendunt esse de mente Augustini:

314

Primo per auctoritatem eius XII *Super Genesim* cap. 28² (et sunt parva capitula): 'Miror' etc.; et post: 'Non est credendum', 'Ab ipso spiritu mira celeritate, et non a corpore' etc. Unde vult ibi quod

10 cum agens sit praestantius passo et nullus effectus praestantior sua causa, quod corpus non potest agere in spiritum, licet e contra; et ideo anima de se format intellectionem et per se ipsam, sicut ex multis videtur haberi in illo capitulo.

Item, Augustinus X *De Trinitate* cap. 5: 'Anima imagines 315 corporum volvit et rapit et facit ipsas in se ipsa'; igitur non requiritur nisi praesentia obiecti, sed anima de se erit causa effectiva intellectionis.

PV

1 intelligendi] *add.* obiectum V² 2 intelligendi] *add.* aliquid V² 4 concurrit] *add.*
ad hoc V 5 elicit P 7 28] 20 V 2 P 9 spiritu] *comp.* V | a corpore] accipere V
10 praestantius] *add.* suo V | effectus] *add.* sit V 11 quod] quare V 13 habere P
15 ipsa] *add.* de se ipsa V² 16 nisi] ibi V²

F 6-13 PETRUS I. OLIVI, *Summa* II q. 58 (BFS V 437-438); cf. ib. q. 72 (VI 16-17).
7 AUGUST., *De Gen. ad litt.* XII c. 16 n. 33 (PL 34, 467). Textus cf. infra p. 380, 10-14.
8 Ibidem: «Nec sane putandum est facere aliquid corpus in spiritu, tamquam spiritus corpori facienti, materiae vice subdatur. Omni enim modo praestantior est qui facit, ea re de qua aliquid facit; neque ullo modo spiritu praestantius est corpus; immo perspicuo modo spiritus corpore»; ibidem: «Eandem eius [alicuius corporis] imaginem non corpus in spiritu, sed ipse spiritus in se ipso facit celeritate mirabili». 12-13 Ib. c. 20 n. 42 (PL 34, 470); c. 16 n. 33 (col. 467).
14-17 PETRUS I. OLIVI, *Summa* II q. 72 (BFS VI 17); q. 58 (V 439). 14 AUGUST., *De Trin.* X c. 5 n. 7 (PL 42, 977): «Et quia illa corpora sunt, quae foris per sensus carnis adamavit [anima], eorumque diuturna quadam familiaritate implicata est, nec secum potest introrsum tamquam in regionem incorporeae naturae ipsa corpora inferre, imagines eorum convolvit et rapit factas in semetipsa de semetipsa».

T ¹ Obiecti necessitatem in ratione termini admittit ipse PETRUS I. OLIVI, *Summa* II q. 72 (BFS VI 10.39), qui proinde reicit opinionem de excitatione, ib. (p. 26-27) et q. 58 (V 474-477), quam tenent IOANNES DE PECKHAM, *Tract. de an.* c. 4 (ed. MELANI 16), *Quodl. Florent.* q. 3 (ed. MELANI 148), et ROGERUS MARSTON, *De an.* q. 8 (BFS VII 394-395). Similiter reicit PETRUS I. OLIVI, *Summa* II q. 58 (BFS V 467) et q. 78 (VI 89), sententiam de 'causa sine qua non'. De obiecto inclinante loquitur MATTHAEUS AB AQUASPARTA, *De cognitione* q. 3 (BFS I² 265); cf. etiam HENRICUS GAND., *Quodl.* XI q. 5 in corp. et ad 4 (f. 451S-T. 452 I); q. 6 ad 2 (f. 455Z-A). - Cf. GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* IX q. 19 (PhB IV 271-273). ² Cf. infra p. 380, 10. Loco «28» codices tradunt «2» vel «20».

316 Praeterea, hoc arguunt per rationem:

Primo sic: operatio non est perfecta nisi assimiletur principio operativo; sed intelligere est operatio vitalis; igitur eius principium erit vivum, et sic anima. – Vel sub alia forma: operatio non est perfectior quam principium operativum; sed intelligere est operatio 5 vitalis; igitur eius principium erit vivum, quod est anima.

317 Praeterea, quanto forma est perfectior, tanto est actualior, et sic maioris virtutis ad agendum; sed formae imperfectiores quam sit anima intellectiva secundum se ipsas totas agunt, nec habent aliud pro ratione aut principio formali agendi; ergo multo fortius 10 anima intellectiva se ipsa eliciet actum intelligendi.

318 Praeterea, Philosophus IX *Metaphysicae* et I *Ethicorum* distinguit actionem a factione per hoc quod actio est in agente et operante, ut intelligere in intelligente, sed factio in patiente; sed actio sic est in agente, ut intelligere in anima, quod nude recipitur 15 in anima, non mediante alio; igitur similiter sic anima eliciet actum nuda, quia si aliud concurreret in ratione eliciendi actum, iam compositum ex anima et illo reciperet actum intelligendi.

319 Praeterea, actiones formaliter denominant agentia; sed actus intelligendi tantum denominat animam intellectivam, et non speciem 20 nec obiectum; igitur nec hoc nec illud concurrat ad eliciendum actum intelligendi; igitur sola anima erit principium activum intellectionis.

320 [Opinionis improbatio] – Sed contra.

Ista¹, ut puto, non est sententia Augustini. Dicit enim IX *De Trinitate* cap. ultimo: «Liquido tenendum est quod omnes res 25 quas intelligimus, congenerant similitudinem sui in anima». Et dicit ibidem quod «ab utroque, a cognoscente et cognito, paritur

PV

1 per rationem] contra rationem V' etiam rationibus V² 4 vivum] unum P*V* 4-6 et
sic — vivum om. V 6 vivum] unum P* 11 eliciat V* 13 et] add. in V 15 ut
intelligere] vel intelligente P 16 sic] sicut (ante similiter V) PV* | anima² om. V 21 nec¹]
ut P* 26 generant V² 27 ibidem] ibi V

F 1-6 PETRUS I. OLIVI, ^T*Summa* II q. 58 (BFS V 412). 7-11 Ibidem (p. 411-412).
12-18 Ibidem (p. 413); HENRICUS GAND., *Summa* a. 35 q. 4 ad 1 et a. 40 q. 2 in corp. (I f. 225R.
257B). 12 ARISTOT., *Metaph.* IX t. 16 (Θ c. 8, 1050a 21-1050b 1); *Eth. ad Nic.* I c. 1
(A c. 1, 1094a 3-6). 19-22 PETRUS I. OLIVI, *Summa* II q. 58 (BFS V 413); HENRICUS GAND.,
Quodl. XI q. 5 arg. 3 (f. 450R). – Cf. PETRUS I. OLIVI, *Summa*-II q. 72 (BFS VI 23, 24-25).
24-26 AUGUST., *De Trin.* IX c. 12 n. 18 (PL 42, 970). 27 Ibidem.

T ¹ Cf. supra p. 350, 25-351, 5.

notitia». Unde bene dicit quod res quas intelligimus, congenerant, quia non praecise, sed cum intellectu.

Item, Augustinus V *De Trinitate* cap. 2 vult quod visio gignatur a re visibili, et non a solo visu.

Item, Augustinus XV *De Trinitate* cap. 10: «Formata cogitatio de re quam scimus, verbum est», etc.

Praeterea, hoc¹ arguitur per rationem: 323

Intellectus non potest ex se solo, nullo praevio nec inclinante nec excitante, intelligere, quia est sicut tabula nuda²; unde secundum se non intelligit; oportet igitur, si obiectum non sit principium elicativum actus intelligendi, quod excitet potentiam intellectivam. Sed quaero tunc quid sit 'excitare' potentiam intellectivam ad intelligendum: aut facere aliquid in ea, aut non? Si nihil causat in potentia intellectiva, nec innovat aliquid, non video quomodo possit excitare; si autem aliquid facit in intellectu, tunc alia actio actum intelligendi praecedit – sive sit principium eliciendi actum intelligendi sive non, non curo – et per consequens anima nuda et sine actione praevia non potest in intellectionem et actum intelligendi, quod ipsi negant³.

Praeterea, tantum sunt quattuor genera causarum, ex II *Physicorum* 324 et V *Metaphysicae*, quae simul accepta sufficienter ponunt effectum in esse si sint sufficiente[r] approximata passo et passum sit summe dispositum, quia si causae quattuor exsistentes in tali dispositione non producerent effectum in esse, tunc non sufficienter essent causae, sed esset ponenda quinta causa. Praesentibus igitur causis – vel quattuor vel duabus vel tribus vel quotquot habet necessitas – illis positis et sufficienter approximatis ad passum, effectus producit ab eis, vel necessario, si agant ex necessitate naturae, vel possunt

PV

5 XVI] 12 V | 10] 19 V 6 etc. om. V 8 inclinante] comp. P 11 quod] add. saltem V
13 in ea om. V 15 aliquid facit] f. a. V 16 eliciendi om. P* 17 non¹] add. et P
18 in] causare V 20 tantum sunt quattuor] q. t. s. V | ex om. V 25 Praesentibus] In habentibus P
26 duabus vel tribus] duas vel tres P | vel³ — necessitas] quare quod habent P

F 3 AUGUST., *De Trin.* XI c. 2 n. 3 (PL 42, 986): «Ex visibili et vidente gignitur visio»,
5 Ib. XV c. 10 n. 9 (PL 42, 1071). 20-21 ARISTOT., *Physic.* II t. 28-29 (B c. 3, 194b 23-195a 3); *Metaph.* V t. 2 (Δ c. 2, 1013a 24-1013b 4).

T ¹ scil. idem quod n. 320-322 argutum est auctoritate, nempe quod 'non sola anima est causa activa gignendi notitiam' (cf. supra p. 350, 26-27). ² Cf. ARISTOT., *De an.* III t. 14 (Γ c. 4, 429b 30-430a 2): «Oportet autem sic [esse intellectum], sicut in tabula nihil est actus scriptum». ³ Cf. supra n. 318. 313.

producere, si agant libere. Sed obiecto non existente praesente, non potest anima habere actionem suam intelligendi, et tamen anima tunc est sufficienter disposita; sunt etiam quattuor causae, secundum istam opinionem, nam sufficit quod duae causae praecedant, scilicet causa efficiens et materialis, forma autem et finis secundum esse sequuntur. Sed si anima sola sit principium sufficiens eliciendi actum, tunc istae duae causae praecedunt, quia anima est et efficiens et recipiens, et sunt summe disposita; ergo anima obiecto non praesente intelligeret, quod falsum est. Non igitur anima est sufficiens principium eliciendi actum, sed requiritur aliud in ratione principii eliciendi.

- 325 Praeterea, non-sciens est in potentia essentiali ad actum sciendi, ex II *De anima* et VIII *Physicorum*; sed nihil reducitur de potentia essentiali ad potentiam accidentalem nisi per hoc quod aliquid fit in eo quod est principium operationis secundae; igitur oportet quod aliquid causetur in anima, quod concurrat in ratione principii elicitivi ad actum intelligendi.

[B. – OPINIO SECUNDA]

- 326 [Opinionis expositio] – Alia est opinio quae ponit totaliter modo contrario, quod nihil animae ut intellectiva est, est principium et ratio agendi respectu notitiae genitae.

Quod ostendunt sic. – In anima ut intellectiva est, non est nisi potentia intellectiva possibilis et intellectus agens. Sed intellectus possibilis non potest esse principium gignendi actualem notitiam, quia ipsa recipitur in intellectu possibili, et nihil idem potest movere se (tum quia nihil simul est in potentia et in actu, et mobile est in potentia ad illud ad quod agens movet¹; tum quia materia et

PV

1 obiectum P* | existente] ex necessitate P* 3 sunt etiam] etiam et P 5 et¹] add. causa V 6 sequantur V | efficiens P 7 causae] animae P 8 et¹ om. V 9 praesente] praesentante P repraesentante V 13 VIII] 5 P* 17 ad om. P 19 adnot. Opinio Godefridi P²V² 20 ut] nec P* | est¹ om. P 26 quia om. P 27 illud] id V

F 4 PETRUS I. OLIVI, *Summa* II q. 72 (BFS VI 36-37). 13 ARISTOT., *De an.* II t. 55-56 (B c. 5, 417a 21-417b 2); *Physic.* VIII t. 32 (Θ c. 4, 255a 33-255b 3). 19-21 GODEFRIDUS DE FONT., locis notatis sub n. 326-327. 22-26 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VIII q. 2 (PhB IV 23. 25-26. 30. 33); X q. 12 (p. 361. 364); I q. 7 et q. 9 (II 19-20. 23); XIV q. 5 (V 388); VI q. 7 (III 152. 154). 26-27 Ib. VIII q. 2 (PhB IV 19); VI q. 7 (III 152. 154). 27-p. 355, 2 Ib. VIII q. 2 (PhB IV 23-30).

T ¹ Cf. ARISTOT., *Physic.* III t. 17 (Γ c. 2, 202a 8-12); *De gener. et corrupt.* I t. 38-39 (A c. 5, 321b 35-322a 8).

efficiens non concurrunt, ex II *Physicorum*, quod tamen contingeret si idem moveret se; tum quia tunc idem referretur ad se relatione reali, et essent relationes reales oppositae in eodem, quod est inconveniens¹; tum quia eadem ratione posset dici quod omnia movent se et quod nihil moveatur ab alio, si intellectus posset movere se et obiectum esset tantum 'sine quo non', ad cuius praesentiam intellectus movet se: eadem enim ratione posset dici quod nihil moveatur a sole, nec quod illuminetur a sole, sed quod sol sit 'sine quo non', ad cuius tamen praesentiam medium movet se ad illuminationem); et hoc² multum ponderant, — et ideo dicunt quod illud principium metaphysicum quod 'nihil movet se' non debet negari propter aliquam materiam specialem, sed debet esse quasi regula dirigens nos in omni materia speciali. Non igitur intellectus possibilis est principium activum intellectionis. — Nec etiam intellectus agens, sicut declarant alibi, quia si intellectus agens esset principium activum respectu intellectionis in intellectu possibili, aut igitur est agens immediatum, aut mediatum et remotum. Non immediatum, quia — ut dicunt — intellectus agens non agit in intellectum possibilem nisi quia agit ad illud quod movet intellectum possibilem, ut agit ad hoc quod obiectum sit motivum intellectus possibilis. Nec etiam intellectus agens habet actionem remotam respectu intellectus possibilis, quia — ut dicunt — agens et patiens non sunt in eodem subiective nec in eodem subiecto. Et ideo — ut dicunt — intellectus agens non agit in possibilem secundum rationem causae agentis, sed magis comparatur ad ipsum in ratione causae formalis ipsum illuminando, sicut lumen comparatur ad corpus perspicuum ut forma et non ut agens.

PV

5 se¹ om. P | quod om. V | moveatur] moveretur V | si] sed P* | posset movere] possibilis moveret V* 6 sine quo] causa sine qua V 7-8 moveretur V 8 sit] add. causa V^a
9 tamen om. V 9-10 illuminandum V 15 sicut — agens om. V* 17 mediatum et remotum] remotum V' remotum sive mediatum V^a 19 illud] id V 21-22 Nec — possibilis om. V 24 possibilem] add. intellectum V

F I ARISTOT., *Physic.* II t. 70 (B c. 7, 198a 22-27). 2-4 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VII q. 6 (PhB III 340. 342. 346). 4-10 Ib. VIII q. 2 (PhB IV 21. 22); IX q. 19 (p. 272-273); VI q. 7 (III 152. 158); VII q. 6 (p. 343. 344); XV q. 4 (XIV 22). 10-14 Ib. VI q. 7 (PhB III 170. 169); VIII q. 2 (IV 19-20). 14-27 Ib. V q. 10 (PhB III 36-38); q. 9 (p. 33); q. 8 (p. 31); VI q. 15 (p. 251-252); IX q. 19 (IV 275-277).

T ¹ Cf. ARISTOT., *Metaph.* V t. 20 (Δ c. 15, 1021a 26-1021b 3). ² scil. quod 'nihil idem potest movere se' (cf. supra p. 354, 25-26).

Ideo dicunt quod nihil est in parte intellectiva quod effective movet intellectum possibilem: non intellectus agens, sicut nunc dictum est¹; nec voluntas movet intellectum possibilem, nec e contra, quia non differunt subiecto, sicut agens et patiens differunt subiecto. Et ideo ponunt quod phantasma movet intellectum possibilem, et post voluntatem; et pro tanto dicitur quod intellectus movet voluntatem, quia intellectus primo movetur, et consequitur quod voluntas moveatur.

- 327 Et si obicitur contra eos quod phantasma est in virtute phantastica, et potentia phantastica est in eodem subiecto cum intellectu possibili, quia in essentia animae, igitur per rationem suam² non videtur quod phantasma posset movere intellectum possibilem magis quam intellectus agens, – ad hoc dicunt quod anima consideratur dupliciter, vel secundum essentiam vel secundum potentias. Anima autem secundum essentiam suam est ubique; secundum autem potentias sensitivas sic determinat sibi determinata organa, quae perficit talibus potentiis. Et ideo una potentia sensitiva, quia perficit unum organum distinctum ab organo alterius potentiae, potest movere istam potentiam et gignere ibi speciem, sicut se habent sensus particulares respectu sensus communis. Intellectus autem non determinatur ad organum; et ideo phantasma existens in virtute phantastica potest agere in intellectum possibilem, quia intellectus est alibi quam ubi est phantasma, propter quod non valet obiectio in proposito. Sed voluntas et intellectus possibilis non sic possunt separari, sed ubi est unum, et aliud; ideo unum istorum non potest agere in aliud.

- 328 [Opinionis improbatio] – Sed contra hanc opinionem arguo, nam ex ea immediate sequitur quod angelus, in quo non est potentia organica distincta subiecto ab intellectu, non potest habere actionem de novo intelligendi nisi immediate a Deo per creationem. Et

PV

1-2 effective movet] m. e. V 2 sicut] ut V 4 sicut] om. V' sed V² 5 Et om. V
6-7 et pro — voluntatem om. V* 6 et²] quia V² | intellectus] add. primo V² 7 primo]
add. modo P² 11 per rationem] comp. P² 14 potentiam V 15 est] potest esse V
17 perficit] add. in P | una om. V | quia] quae V 19 istam] aliam V | ibi] add. aliam V
22 quia] quatenus P 23 intellectus om. P² 30 per creationem om. V

F 1-8 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VI q. 7 (PhB III 170-171). 13-26 Ibidem (p. 171-172).

T ¹ Cf. supra p. 355, 14-27. ² Cf. supra p. 355, 21-23.

hoc videntur implicite concedere. Dicunt enim quod angelum de novo intelligere est creditum, nec philosophi hoc probaverunt, sed magis oppositum, quod non successive intelligunt. Sed hoc non videtur verum, cum habeant voluntatem liberam, ut possint hoc
 5 intelligere et non intelligere.

Praeterea, arguo sic: secundum istam opinionem intellectus 329 agens nihil efficit in intellectu possibili, quia non distinguitur ab eo subiecto¹; nec etiam intellectus agens agit in phantasmate, quia secundum ipsos intellectum agentem agere in phantasmate non est
 10 nisi intellectum agentem contingere in suo lumine phantasma: igitur nihil est in tota anima effective nisi a phantasmate. Igitur si abstractio universalis et efficere obiectum universale sit actio, sequitur quod ista actio sit a phantasmate, et sic phantasma faciet universale.

15 Praeterea, isti dicunt quod actio manens in agente, ut 'videre' 330 et 'intelligere', non est actio nisi grammaticae loquendo, quia vocem activi habet, sed significationem passivam; et ideo dicunt quod Philosophus IX *Metaphysicae* non declinat a modo loquendi grammaticorum.

20 Sed contra: in nullo salvant Philosophum, nam Philoso- 331 phus distinguens practicum contra speculativum dividit practicum in activum et factivum, et praxim in actionem et factionem, sicut patet ex VI *Metaphysicae* et VI *Ethicorum*, ubi dividit activum et factivum in artem et prudentiam. Si igitur illud quod dicitur actio
 25 manens intra, non esset secundum rei veritatem nisi passio, non oporteret Philosophum assignare distinctum principium activum ipsius actionis contra principium factivum factionis, sed tantum principium passivum, quod facile esset. Igitur secundum intentionem Philosophi apparet quod actio manens in agente est vere
 30 actio sicut et factio.

PV

3 intelligitur V^a 4 verum om. V 5 et non intelligere om. V^a 10 in] et V | phantasma] add. irradiare V 13 sic] tunc V 17 passivam] passivi V 23 et¹] add. ex V 26 Philosophum om. V^a 26-27 activum ipsius om. V

F 1-3 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VI q. 7 (PhB III 168-169). 9-10 Ib. V q. 10 (PhB III 38). 15-19 Ib. IX q. 19 (PhB IV 276, 278, 280, 281). 18 ARISTOT., *Metaph.* IX t. 16 (© c. 8, 1050a 30-1050b 1). 20-24 Ib. VI t. 1 (E c. 1, 1025b 22-24); *Eth. ad Nic.* VI c. 5 [c. 4] (Z c. 4, 1140a 5-6); c. 6 [c. 5] (Z c. 5, 1140b 20-21).

T ¹ Cf. supra p. 355, 14-27.

- 332 Praeterea, si omnem actionem intellectus facit obiectum in phantasmate, tunc non erit aliqua complexio falsa. Consequens falsum, igitur et antecedens. – Consequentia ostenditur: si obiectum movet ut est in phantasmate, ergo movet secundum ultimum sui et secundum suam naturam; igitur extrema complexionis movent ad habitudinem quae consequitur ea naturaliter, quae habitudo virtualiter includitur in terminis; sed habitudo terminorum quae consequitur eos naturaliter, non potest esse causa complexionis falsae, sed tantum veritatis in complexione; igitur omnis complexio esset vera. 10
- 333 Praeterea, hoc arguitur de actu discursivo intellectus: quomodo enim phantasmata faciunt ad actum discursivum? Nam phantastica virtus, licet secundum Avicennam sit collativa intentionum individualium componendo eas, ut componendo intentionem auri et montis, non tamen est collativa secundum collationem discursivam. 15 Si enim hoc posset facere potentia sensitiva, numquam philosophi essent moti ad ponendum intellectum. Unde non videtur possibile quod virtuti phantasticae nunc occurrat maior et postea minor, ex quibus concludit¹ conclusionem. Igitur actus discurrendi erit ab intellectu effective, et sic propositum² habetur. 20
- 334 Praeterea, quomodo formabitur intentio logica, quae est intentio secunda? Hoc enim non potest fieri a phantasmate, quia quod relucet in re secundum se, non est intentionale et aliquid rationis, sed est intentio prima. Oportet igitur quod causetur per actum rationis, aliter enim periret logica; et per consequens oportet ut intellectus habeat propriam actionem. 25
- 335 Praeterea, quaero quid faciet reflexionem intellectus super actus suos? Si autem phantasma ex hoc quod causat actum rectum intellectus, causet actum reflexum, tunc intellectus si semel reflectatur, semper reflectitur, cum reflexio sequitur actum rectum. Secundum hoc 30 oportet igitur dicere quod actus reflectendi sit effective ab intellectu.

PV

1 omnem in corr. P² 2 aliqua] alia P* | Consequens] add. est V 4 est om. V 6 sequitur V 7 concluditur V 15 collativa secundum om. V² 18 quod] quia V* 25 enim om. V | ut] quod V 26 habeat propriam] proprie habeat V 27 faciat V 29 causat V
31 oportet igitur] i. o. V | quod] ut P

F 13-15 AVICENNA, *De an.* pars 1 c. 5 (f. 5rb); pars 4 c. 2 (f. 18rb).

T ¹ scil. eadem 'virtus phantastica'. ² scil. non solum phantasma seu obiectum esse causam activam respectu notitiae genitae.

Praeterea, si phantasmata faciant omnes actus intellectus, et 336
intellectus nullum elicit, igitur forma intellectiva erit imperfectior
quam alia forma, quia formam agere et actum suum elicere, hoc
est perfectionis. Absit autem ut tantum vilificemus naturam intel-
5 lectivam; non enim essemus perfectiores quam asini secundum istam
opinionem.

Praeterea, nullus effectus aequivocus alicuius causae est perfec- 337
tior quam effectus univocus illius causae. Cuius probatio est:
effectus univocus alicuius causae est aequalis perfectionis in specie
10 cum sua causa; sed effectus aequivocus, cum non sit perfectior sua
causa, erit imperfectior; igitur est imperfectior quam effectus uni-
vocus. Sed effectus univocus caloris est calor in igne productus; si
autem phantasma causaret actum intelligendi, tunc intelligere ca-
lorem esset effectus aequivocus caloris, quia est a phantasmate ca-
15 loris, quod phantasma est a calore; et quanto effectus aequivocus
est remotior a sua causa, tanto est imperfectior; igitur actus caloris
esset actus perfectior quam actus intelligendi calorem, – quod fal-
sum est.

Item, contra istam opinionem¹ sunt rationes alterius opinio- 338
20 nis², et etiam rationes factae contra aliam opinionem³, sicut patet
intuenti.

[C. – OPINIONES TERTIA ET QUARTA]

[Opinio tertia] – Alia est opinio quae tenet viam mediam. 339
Ponit enim quod universale relucet in phantasmate, et in quantum
25 est exhibitum intellectui possibili sic est ibi ut in memoria, saltem
exhibitive, et sic gignit actum primum intelligendi in intelligentia,
et adhuc est mere passivus intellectus possibilis; sed factus in actu
per actum primum, habet actualitatem per quam potest convertere
se supra se et suffodere in cognitione confusa et inquirere cogni-
30 tionem distinctam, et sic formare verbum. Unde intellectus quan-
tum ad primum actum est passivus, sed quantum ad secundum

PV

3 et] *add.* intellectum V 4 vilificamus P* 5 enim *om.* P* 11 erit] est V 13 autem]
igitur V 15 quod] sed quia V 23 *adnot.*: Alia opinio, scilicet tertia P² Opinio tertia,
et est Gandavensis V² 28-29 convertere se] se c. V 31 sed] et V

F 23-p. 360, 5 HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 25 in corp. (f. 204 I-K); II q. 6 in corp.
(f. 32A-B).

T ¹ scil. Godefridi, cf. supra n. 326-327. ² Cf. supra n. 313-319. ³ Cf. supra n. 320-325.

spectu actus imperfectioris, si sint eiusdem rationis; si igitur intellectus possibilis habet actualitatem respectu intellectionis perfectioris, quae est perfecta notitia genita, igitur similiter habebit actualitatem respectu intellectionis imperfectioris, quae est prima, et praecipue cum sint eiusdem rationis, cum de eodem obiecto sint.

Sed dices ad hoc quod intellectus possibilis non habet actualitatem ex virtute propria respectu intellectionis perfectioris, tunc enim haberet etiam respectu imperfectioris, sed virtute actus primi habet illam actualitatem.

Sed contra: forma imperfectior non est causa et ratio sufficiens agendi respectu formae perfectioris: tunc enim posset dici quod a qualibet creatura, quantumcumque imperfecta, potest produci forma perfectior, – quod falsum est, quia cum agens semper sit praestantius passo¹, igitur intellectus in virtute notitiae imperfectae non potest gignere notitiam perfectam.

Contra secundam opinionem² eorum arguo: licet concedendum sit quod potentia superior possit inclinare inferiorem, tamen potentia inferior non inclinat naturaliter potentiam superiorem; sed intellectus possibilis habet causam superiorem quam sit causalitas obiecti relucens in phantasmate; igitur virtus phantastica mediante illo obiecto non potest intellectum inclinare.

Praeterea, quaero quid est phantasma 'inclinare' intellectum possibilem: aut enim causat aliquid per istam inclinationem in intellectu possibili, aut non. – Si non, igitur per nihil ipsum inclinat. Si autem aliquid causet: aut igitur speciem intelligibilem, quam ipsi negant³ esse receptam in intellectu possibili; aut actum, et tunc habetur propositum contra eum, quod intellectus inclinatus ex se non elicit actum, sed quod imprimatur a phantasmate.

PV

2 activitatem V 3 similiter] sic P 3-4 activitatem V 4 perfectioris P* perfectior V* 5 sint² ante de V 6 habet om. P* 6-7 activitatem V 8 actus primi] p. a. V 9 activitatem V 12 perfecta P* 13 quia cum] cum enim V 13-14 semper sit praestantius] p. sit semper V 18 inferior] inferioris P' inferiori P² 24 inclinet V 25 quem P* 27 habet P*

T ¹ Cf. ARISTOT., *De an.* III t. 19 (Γ c. 5, 430a 18-19): «Semper enim honorabilius est agens patiente»; AUGUST., *De Gen. ad litt.* XII c. 16 n. 33 (PL 34, 467): «Omni enim modo praestantior est qui facit ea re de qua aliquid facit». ² Cf. supra n. 340. ³ Cf. ibidem.

fD. - OPINIONES QUINTA ET SEXTA

347 [Opinio quinta] - Alia opinio est quod intellectus per speciem intelligibilem, sibi impressam a phantasmate, elicit actum intelligendi, et non virtute propria.

Quod ostendunt sic: intellectus possibilis de se est potentia passiva, sicut patet ex Philosopho et Commentatore III *De anima*; dicit enim Philosophus quod¹ «nihil est eorum quae sunt ante ipsum intelligere», et Commentator quod est 'esse possibilitatis'; et similiter dicit: 'Sicut materia in genere corporali, sic intellectus in genere possibilium'. Unde ex dictis eorum², colligunt quod intellectus est mere potentia passiva; sed huiusmodi potentia non agit nisi reducta in actum, qui actus sit principium agendi; sed actus in quem primo reducitur intellectus, est species. Quod ostendunt per hoc quod sicut in factione per principium factivum faciens assimilatur facto, sic in actione per principium activum agens, habens actionem immanentem, assimilatur suo obiecto; sed illud per quod assimilatur est species.

348 Item, species, ut dicunt, requiritur etiam in intellectu propter determinationem potentiae ad actum, quia quod est indeterminatum ad multa, non determinatur ex se nisi per aliquid quod de novo sibi adveniat; igitur cum intellectus antequam intellexit sit

PV

2 adnot. Opinio quarta (add. Richardi V³) P²V² 3 sibi] subiecto V 8 est] sit V | esse] essentia P 9 possibilitatis om. V² | similiter] sic P | dicit] add. quod V | materia] add. est V 21 sibi om. V | intellexit] de novo intelligat V

F 2-4 AEGIDIUS ROM., *Sent. I d. 35 princ. 2 q. 2 in corp.* (f. 183K-L); *De cognitione angel.* q. 1 in corp. (f. 77va-78rb); q. 4 in corp. (f. 84rab); q. 5 in corp. et ad arg. 1. 4. 5 (f. 88rb-va); *Quodl. I q. 3 in corp.* (f. 2va); III q. 13 in corp. (f. 53rb); q. 14 in corp. (f. 54rb-55va); V q. 9 in corp. (f. 91ra-vb); THOMAS DE SUTTON, *Quaest. ordin. q. 2* (ed. PRZEDZIECKI 337. 341). 5-14 THOMAS DE SUTTON, *Quaest. ordin. q. 2* (ed. PRZEDZIECKI 334. 336-337); q. 15 (cod. Oxon. Merton. 138, f. 278vb. 280ra-281ra); q. 17 (f. 284vb-285ra); q. 20 (f. 294ra); q. 22 (f. 299ra-va. 299vb-300ra); *Quodl. I q. 15* (ed. PRZEDZIECKI 321-324); AEGIDIUS ROM., *Sent. I d. 35 princ. 2 q. 2 in corp.* (f. 183K); *De an. com. 5* (f. 66va); com. 14 (f. 69va); com. 15 dub. 2. 3 (f. 69vb-70ra); *De cognitione angel. q. 1 ad 1* (f. 78rb); *Quodl. I q. 3 in corp.* (f. 2va). 7 ARISTOT., *De an. III t. 5* (Γ c. 4, 429a 24). 8-9 AVERROES, *De an. III com. 5*. 9-10 Ibidem. 14-17 THOMAS DE SUTTON, *Quaest. ordin. q. 2* (ed. PRZEDZIECKI 331-332. 336-337); q. 4 (p. 364); q. 15 (cod. Oxon. Merton. 138, f. 278va. 280vab); q. 21 (f. 296rb-va); AEGIDIUS ROM., *Quodl. I q. 9 in corp.* (f. 5vb); *De cognitione angel. q. 5 ad 5* (f. 88ra). 18-p. 363, 3 THOMAS DE SUTTON, *Quaest. ordin. q. 3* (ed. PRZEDZIECKI 345. 353. 355); q. 15 (cod. Oxon. Merton. 138, f. 278rb. 280va); AEGIDIUS ROM., *De cognitione angel. q. 5 in corp.* (f. 86va).

T ¹ scil. intellectus possibilis. ² scil. Aristotelis et Averrois in locis allegatis.

indifferens ad intelligendum quodcumque intelligibile, non intelliget antequam determinetur per aliquid; sed illud sic determinans intellectum non potest esse nisi species.

1 Opinio sexta] — Alia est opinio aliquorum qui sequuntur pri- 349
mam¹ opinionem et dicta eadem opinantur, sed superaddunt quod
non solum species requiritur propter actum intelligendi et quod
intellectus de se non elicit actum intelligendi, sed species recepta
in potentia intellectiva est eadem cum actu suo qui est 'intelligere'.
Unde dicunt quod notitia genita est species intelligibilis, si obiec-
tum non sit praesens secundum se nisi in specie; si autem obiectum
sit praesens secundum se, tunc actus intelligendi est idem cum
obiecto².

Hoc autem probant per Augustinum I libro *De Trinitate* 350
cap. 4; et similiter per eundem, ibidem cap. 2³.

15 Hoc etiam ostendunt per Philosophum II *De anima* dicen- 351

PV

2 antequam] ante P* ante (not. vel: actu V²) nisi V | per aliquid om. V 3 nisi om. P²
4 adnot. Opinio quinta (add. concordans cum prima P² add. Aegidii V³) P²V² | Alia] add. etiam V |
sequantur P 5 eadem om. P 6 species requiritur] requiritur species ad intelligendum V
9 genita om. V* | si] sed P 13 I libro] lib. II V 14 similiter] scilicet P*

F 4-12 THOMAS DE SUTTON, *Quaest. ordin.* q. 2 (ed. PRZEDZIECKI 337-341); q. 4 (p. 367);
q. 23 (cod. Oxon. Merton. 138, f. 303ra); *Quodl.* III q. 7 (f. 194vb). 13-14 THOMAS DE SUT-
TON, *Quaest. ordin.* q. 21 (cod. Oxon. Merton. 138, f. 296rb-va): «Omnis cognitio est assimilatio
cognoscentis ad cognoscibile, sive sit cognitio sensitiva sive intellectiva. Visio corporalis est ipsa
assimilatio visus ad visibile, quae quidem assimilatio est ipsa informatio visus a visibili, sicut dicit
Augustinus XI libro *De Trinitate* cap. 2; dicit enim sic: 'Informatio sensus quae visio dicitur, a
solo imprimitur corpore quod videtur, id est a re aliqua visibili'. Non enim est imaginandum quod
visus per speciem visibilem tamquam per actum primum eliciat visionem tamquam actum alium,
scilicet actum secundum, sed ipsa species sive ipsa informatio quae est secundum illam speciem
est actus secundus quae est visio; et hoc expresse ibi Augustinus, scilicet formari in sensu nostro
imaginem rei visibilis cum eam videmus, et eandem formatam esse visionem, semper pro eodem
accipit ibi speciem rei visibilis et ipsam visionem; dicit enim sic: 'Imago quae fit in sensu, id est
visio'; et in principio 6 cap. dicit sic: 'Visionis illius, id est formae quae fit in sensu cernentis quasi
parens est forma corporis ex qua fit'; q. 22 (f. 300ra); *Quodl.* I q. 13 (ed. PRZEDZIECKI 315);
AUGUST., *De Trin.* XI c. 2 n. 3 (PL 42, 986); c. 5 n. 9 (col. 991). 15 THOMAS DE SUTTON,
Quaest. ordin. q. 21 (cod. Oxon. Merton. 138, f. 296va): «Et eodem modo est de auditione et
specie rei audibilis. Unde Philosophus dicit quod sonatio et auditio sunt unus actus, II *De anima*,
et hoc probat per hoc quod actio et passio sunt unus actus unius motus, sonatio autem est actio
soni, auditio autem est passio auditus; manifestum est autem quod sonatio est quaedam activa
assimilatio auditus ad sonum; auditio ergo est assimilatio passiva auditus ad sonum, cum sit idem
actus cum sonatione, passio scilicet sonationis in auditu. Patet ergo secundum Augustinum et

T¹ scil. praecedentem, cf. supra n. 347-348 (cf. infra lin. 27). ² Cf. PETRUS I. OLIVI,
Summa II q. 74 (BFS VI 112-113). ³ Cf. AEGIDIUS ROM., *De cognitione angel.* q. 1 in corp.
(f. 76vb-77ra); *Quodl.* III q. 12 in corp. (f. 52vb-53ra); q. 13 in corp. (f. 53vb-54ra).

tem quod idem actus sunt auditio secundum actum et sonatio secundum actum, quia idem est primo actus activi et passivi, sicut ibidem dicitur; sed illud primum impressum in audiente est species; igitur ipsa erit eadem quod auditio et sonatio¹.

352 [Contra utramque opinionem] — Sed contra has opiniones² sunt argumenta quae facta sunt contra secundam opinionem³, sicut patet intuenti.

353 Item contra hanc⁴ et contra opinionem primam praecedentem⁵ arguitur sic, quod habitus inclinat non ad patiendum sed ad agendum, quia habitus est 'quo utimur cum volumus'⁶; igitur in intellectu non debet poni species vel habitus sive alia perfectio absoluta propter intelligere, si sit 'passio'⁷; igitur cum oportet ibi ponere speciem secundum eos⁸, hoc erit propter intelligere quod est 'agere'.

354 Praeterea, contra hoc quod ponit ista secunda opinio quod species sit actus intelligendi aut sentiendi respectu sensus⁹. Nam aliqua species recipitur in organo quae est eiusdem rationis et dispositionis cum specie recepta in medio¹⁰, sicut patet ex II De anima, quod ideo organum est in media dispositione ut possit recipere speciem eiusdem rationis cum specie quae est in medio; aut igitur species formaliter est visio, et tunc medium videret sicut oculus; aut species non est formaliter visio, et tunc visio plus dicit formaliter quam species, et per consequens illud aliud formaliter est visio et non species.

355 Dicit quod licet species in oculo sit visio, non tamen species in medio, quia recipitur in diversis passivis.

FV

2 actus] auditus P 5 hanc opinionem P⁹ 6-8 sicut — opinionem om. V 8 primam] aliam V 10 cum] quando V 12 ibi om. V 15 ista secunda opinio] in secunda opinione V 16 aliqua] alia P 18 II] I V 23 est] erit V 25 Dicitur V

Philosophum quod cognitio sensitiva non est aliud quam assimilatio sensus ad id quod sentitur. Et eodem modo oportet esse de cognitione intellectiva quod ipsa nihil aliud sit quam assimilatio intellectus ad id quod intelligitur; q. 22 (f. 299vb-300ra); Quodl. I q. 13 (ed. PRZEDZIECKI 315); ARISTOT., De an. II t. 138 (T c. 2, 425b 25-28).

F 2-3 ARISTOT., De an. II t. 139 (p. 426a 2-5). 18 Ib. t. 118 (B c. 11, 423b 31-424a 7); 25-26 AEGIDIUS ROM., De cognitione angel. q. 1 in corp. (f. 77ra): «Omnia ergo actio, quia

T ¹ Cf. AEGIDIUS ROM., De cognitione angel. q. 1 in corp. (f. 76vb). ² scil. contra quintam et sextam, n. 347-349. ³ Cf. supra n. 328-338. ⁴ Cf. supra n. 349. ⁵ Cf. supra n. 347. ⁶ Cf. AVICENNES, De an. III com. 18. ⁷ cum iam in se sit summe dispositus ad recipiendum. ⁸ Cf. supra n. 347-349. ⁹ Cf. supra n. 349. ¹⁰ Cf. supra n. 256.

lectio de hanc
q. 22
Odo. n. 418
n. 416
(1.8)
Opinio regulari
secundae opinionis
fact

Sed hoc nihil est, quia ubi salvatur eadem ratio formalis alicuius, 356
ibi salvabitur ipsum formaliter; si igitur species formaliter est visio
et ista species formaliter est in medio, igitur medium formaliter
videt.

5 Item, in oculo caeco imprimitur species et etiam in dormiente, 357
ubi tamen non est visio.

Praeterea, quanto aliqua potentia informata specie nititur ad 358
operandum, tanto perfectius operabitur, sicut patet et de potentia
sensitiva et intellectiva. Unde, posito quod duo sint aequales in
10 phantasia, et tamen unus magis nitatur ad intelligendum, ipse per-
fectius intelliget; etiam hoc est verum de eodem homine in diversis
temporibus. Similiter, visus tantum potest niti ad videndum quod
corrumpatur, sed ex hoc quod magis nititur non perfectius ab
obiecto species imprimitur. Ergo intelligere vel sentire non erit spe-
15 cies, sed actus secundus, speciem consequens.

Contra hoc etiam quod dicunt quod 'visio est eadem cum spe- 359
cie'¹, est opinio eorum propria. Dicunt enim quod essentia di-
vina non videtur a beato per speciem, sed ipsa essentia est ibi loco
speciei; igitur visio beata, si sit eadem cum specie et cum illo quod
20 est ibi loco speciei, erit eadem cum essentia divina. Sed per eos
beatitudo consistit in visione et non in actu voluntatis, sed est
quaedam delectatio consequens beatitudinem; igitur beatitudo

PV

1 alicuius om. V 7 aliqua] alia P 8 et om. V 9 duo om. P | in om. P* 11 etiam]
et V 12 Similiter] sed P' sicut P² 15 speciem om. P 16 ipsam essentiam P* 19-20 igitur
— speciei om. V²

est quaedam perfectio; est quaedam forma; visio ergo, cum sit perfectio virtutis visivae, realiter
est forma existens in tali virtute. Inquiras ergo et perquiras, non invenies in virtute visiva aliam
formam quam speciem impressam a visibili. Secundum rationem ergo potest differre et differt
visio ab illa specie, realiter tamen est idem quod ipsa species; ibidem (f. 77rb): «Idem est visio
quod species impressa vel quod impressio speciei; sed quod talis impressio dicatur visio, hoc non
solum est ex visibili sed etiam ex vidente, ut quia impressio illa recipitur in passo tali ut in vidente;
si enim reciperetur in passo alio non vidente, ut in aere, iam non esset visio»; Quodl. III q. 12
in corp. (f. 53ra).

P 17-20 THOMAS DE SUTTON, *Quaest. ordin.* q. 10 (cod. Oxon. Merton. 138, f. 264vb-
265ra); Quodl. I q. 16 (ed. PRZEDZIECKI 328). 20 THOMAS DE SUTTON, *Quaest. ordin.* q. 8
(cod. Oxon. Merton. 138, f. 259ra): «Sic igitur patet ex natura voluntatis quod Deus, ut bea-
tificans est, non realiter unitur voluntati. Relinquitur igitur quod realiter sit in solo intellectu,
ut beatificans est, et quod perfectio voluntatis quae est dilectio et delectatio, consequitur
realem unionem quae est in videndo Deum».

T ¹ Cf. supra n. 349.

nostra erit essentia divina formaliter, — quod falsum est, quia beatitudo nostra creata est, aliter eadem esset beatitudo nostra et beatitudo Dei.

III. — RESPONSIO PROPRIA AD QUAESTIONEM

360 Respondeo igitur ad quaestionem¹ quod notitia genita in intelligentia est aliquid novum, et ideo aliquam causam habet, cuius causa non est sola anima, nec aliquid praecise ipsius animae, ut memoria praecise; quod patet per rationes productas contra primam opinionem².

Et etiam hoc potest persuaderi ex aliis³:

Si enim intellectio tantum esset effective ab anima, tunc intellectio in nullo esset similitudo obiecti, nec anima per actum intelligendi assimilaretur obiecto, sed tantum eliceret simile sibi et non obiecto.

361 Item, si intellectio tantum esset ab anima et non ab obiecto, tunc intellectio non distingueretur per obiectum, quia tunc obiectum nullam causalitatem haberet respectu actus intelligendi.

362 Item, sequeretur quod intellectio perfectioris obiecti non esset perfectior, posito aequali conatu ex parte animae; immo illa intellectio quae fieret cum maiore conatu, licet esset respectu obiecti vilioris, esset perfectior, si sola anima esset causa intellectionis et non obiectum.

363 Item, sequeretur quod anima haberet infinitam causalitatem, quia posse in hanc intellectionem includit perfectionem, et posse in aliam similiter; igitur si nihil aliud concurrat ad actum intelligendi eliciendum quam anima, et potest infinites intelligere, oportet ponere in anima infinitam causalitatem, — quod falsum est, quia si posse in hanc intellectionem sit perfectionis, igitur posse in infinitas erit infinitae perfectionis. Non igitur intellectio est a sola anima effective.

364 Item, intellectio non est praecise ab obiecto; nec enim est solum ab obiecto in se, nec ab obiecto in specie, nec ab obiecto in

PV

2 creata] causata V 5 in] et P* 8 adductas V 10 etiam om. V 11 tantum] non P
11-12 intellectio] intelligere V 12 in nullo] nullo modo V 13 assimilatur P 14 ab²
om. P 18 immo] praeterea V 19 respectu om. V 20 sola] tota P 23 concludit P
25 infinita V 28 Non igitur intellectio] Ig. int. non V | a om. P* 30 est³ om. V

T ¹ Cf. supra n. 309. ² Cf. supra n. 320-325. ³ scil. rationibus, quae sequuntur, cf. infra lin. 11-13 et n. 361-364.

phantasmate. — Non ab objecto in se nec in phantasmate, propter rationes adductas contra secundam opinionem¹. Et etiam si sic esset, non posset salvari imago in parte intellectiva, quia tunc proles non esset in anima intellectiva, nec notitia gigneretur ab aliquo in anima, sed ab objecto in phantasmate. — Nec etiam est praecise a specie intelligibili, propter rationes contra ultimam opinionem².

Quid igitur est sufficiens et praecisa causa notitiae genitae? 365

Dico quod praecisa causa intellectionis et notitiae genitae est anima intellectiva, vel ut intellectiva est vel aliquid animae intellectivae, — et objectum in se, si secundum se sit praesens intellectui, vel objectum in aliquo repraesentativo, ut in specie repraesentante objectum; nec objectum per se, nec intellectus per se, sed utrumque simul faciunt unam causam sufficientem respectu notitiae genitae.

Quod declaratur sic: 366

Quando sunt plures causae concurrentes ad unum effectum, aut concurrunt ordine quodam, quia sunt causae essentialiter ordinatae, ut sol et pater ad productionem hominis, quia homo generatur ab homine et a sole³; quandoque autem concurrunt non ordine, sed ex aequo, sicut pater de trahentibus navem, unde in illis si tota virtus quae est in omnibus esset in uno, ipse traheret navem.

Primum autem membrum⁴ subdividitur: nam causae concurrentes ordine quodam ad unum effectum producendum aut sic sunt essentialiter ordinatae quod causa superior movet inferiorem, nec inferior habet causalitatem respectu effectus producendi nisi a superiore causa, eo quod non movet nisi quia movetur a causa superiore, sicut operatur causalitas motionis baculi respectu manus; et quando sic est, tunc tota motio virtualiter est in prima causa, quae est superior. — Quandoque autem causae essentialiter ordinatae concurrentes ad unum effectum producendum non se habent praedicto

PV

1 Non] Nec P | in³ a V | propter] per V 2 secundam] tertiam P 9 vel¹ om. V
12 objectum²] objecta P⁴ 20 trahente V 23 dividitur V 25 quod] quo P⁴ 28 operatur] comparatur V 29 quandoque P⁴ quancumque P³ | motio] ratio motiva V

T ¹ Cf. supra n. 332-337. ² Cf. supra n. 354-359. ³ Cf. AUSTROT., *Physic.* II c. 26 (translatio arabico-latina) (B c. 2, 194b 13): «Homo enim generatur ab homine et sole».

⁴ Primum membrum cf. supra lin. 16-19; secundum cf. lin. 19-22.

modo, sed una est perfectior in causando quam alia, quae est imperfectior, non tamen perfectior dat causalitatem causae imperfectiori ut moveat, sicut se habent pater et mater respectu productionis foetus, ut habet declarari in III huius¹; non enim se habent ex aequo, sed pater causa est principalior. Unde una non est causa causalitatis alterius, sed una tantum est perfectior et alia imperfectior; et quando sic est, tunc causae concurrentes causant unum effectum dependentem a duobus, ita tamen quod perfectius dependet ab uno quam ab alio, et perfectius producit a duobus quam si produceretur ab uno tantum. Non sic est in priore membro².

368 Et sic anima, vel aliquid animae, et obiectum concurrunt ad eliciendum actum: nam sola anima non sufficit sine obiecto ad actum eliciendum, ut probatum est³; nec etiam solum obiectum, ut probatum est⁴; igitur utrumque requiritur. Sunt ergo ordinatae causae, non quod una movet in virtute alterius sed unum perfectius movet⁵ quam aliud (quod autem illorum perfectius movet, post dicitur⁶). Unde obiectum non dat virtutem intellectui ut intellectus intelligat: tunc enim intellectus esset forma imperfectior quam calor; similiter, si obiectum det totam virtutem intellectui ut intellectus intelligat, tunc obiectum si esset separatum intelligeret; similiter, tunc intelligere non esset una ultima operatio intellectus sed per accidens, quia mediante alio; et ultra, sicut obiectum non dat actualitatem intellectui ut intelligat, sic nec inclinationem; nec etiam intellectus dat actualitatem obiecto ad effectum producendum, ut manifestum est, — et ideo constituunt unam causam ut talis effectus sit.

369 Sed forte obicies contra hoc⁶, quod tunc non oportet ponere speciem intelligibilem informare intellectum possibilem, quia in agentibus non requiritur aliqua forma de novo adveniens nisi ut

PV

1 sed] si V 2-3 imperfectioris P* 3 habet V 4 habet] habetur P* | huiusmodi P
5 causa est] e. c. V 6 una tantum] t. u. V 11 et obiectum concurrunt] est ob. concurrens V* 12-13 actum eliciendum] e. a. V 13 probatum] post est V praedicatum P'
praedicatum P* 13-14 probatum] praedicatum P' praedicatum P* 16 perfectius movet]
m. p. V 18 perfectior V* 19 det] daret V 20 intelligat] intelligeret V 21 una
om. V 22 quia] add. intelligeret V* 27 Sed om. V | oporteret V

T ¹ scil. in libro III d. 4. — Cf. Duns Scotus, *Ordinatio* III d. 4 n. [3-5. 13. 17].

² Cf. supra p. 367, 23-30. ³ Cf. supra n. 360-363. 323-325. ⁴ Cf. supra n. 364. 328-338.

⁵ Cf. infra n. 374. 379-380. ⁶ Cf. supra n. 368.

agant per eam. Si igitur species intelligibilis non sit ipsi intellectui ratio agendi nec dat actualitatem ipsi intellectui, videtur quod non sit necesse ponere speciem informare intellectum.

Ad hoc¹ dicendum est quod species non imprimitur, nec infor- 370
mat animam, ut intellectus acquirat aliquam actualitatem a specie nec ut species sit ratio agendi; immo si obiectum esset praesens, vel species esset praesens per assistentiam, praeter inexistentialitatem eius in intellectu, adhuc intellectus non minus intelligeret. Unde utrumque est perfecta causa in suo ordine, licet una perfectior alia, 10 et 'accidit' quod unum perficiat aliud quantum ad rationem causandi; et ideo quia una causa partialis est accidens, ut species², et aliud non³, ideo requiritur esse in eo sicut in suo subiecto, et non propter indigentiam causalitatis.

Adhuc arguitur contra istam opinionem⁴ sic: unius effectus per 371
se est una per se causa, et non unum per accidens, quia ens per accidens nullius est causa; sed intellectus cum obiecto, vel cum specie repraesentante obiectum, est unum per accidens, ista enim faciunt unum aggregatum per accidens; sed intellectio est unus effectus per se; igitur per se causa intellectionis non potest esse intellectus cum 20 specie vel obiecto.

Ad hoc⁵ dicendum est secundum praedicta⁶, quod quando 372
sunt plures causae et ordinatae, quaelibet illarum habet per se causalitatem in suo ordine, nec illae causae faciunt unum nisi unitate ordinis, sicut patet de patre et sole respectu productionis hominis; 25 unde totalis causa efficiens, dependens ex pluribus causis partialibus, non est una nisi unitate ordinis, nec oportet quod sit per se una, nec per accidens una, sed requiritur quod utraque causa partialis habeat propriam causam formalem agendi et quod faciant unum unitate ordinis. Quod autem faciant unum per accidens, hoc 30 accidit, sicut patet in exemplo: potentia motiva utitur cultello ad

PV

I agat P 5 acquirat V | activitatem V 6 sit] add. sibi V 7 vel — praesens om. V* | inexistentialitatem] existentialitatem V* 11 et²] om. V add. non P 15 per se causa] c. p. se V 17 repraesentante obiectum] ipsum obiectum repraes. V | enim] tamen P* 20 vel obiecto om. V 21 est om. V 25 efficiens, dependens] effectus dependentis V

T. ¹ Cf. supra n. 369. ² id est, species intelligibilis concurrens cum intellectu. ³ scil. intellectus ut alia causa partialis. ⁴ Cf. supra n. 368. ⁵ Cf. supra n. 371. ⁶ Cf. supra n. 366-368.

scindendum lignum; si autem acuties cultelli esset in manu, nihil minus scinderet lignum et haberet operationem quae est propria sibi et quae est propria cultello, et tamen manus et acuties cultelli faciunt unum per accidens, quia unum accidit alteri; et tamen ibi est una totalis causa per se scissurae ligni quando acuties est in manu sicut quando est in cultello¹. Sic est in proposito: intellectus et species repraesentans obiectum faciunt unam totalem causam per se; quod autem unum inhaereat alteri vel non, hoc accidit.

373 Sic igitur dictum est quod intellectus et species repraesentans obiectum, vel obiectum, si sit praesens, sunt una totalis causa intellectionis et notitiae genitae, nec unum istorum per se, sed ambo simul.

Sed tamen dubium est, quod istorum est causa principalior intellectionis. Ideo antequam solvantur rationes quae sunt contra istam viam², fiat quaestio super hoc.

15

[QUAESTIO 3

UTRUM PRINCIPALIOR CAUSA RESPECTU NOTITIAE GENITAE SIT
OBIECTUM, PRAESENS IN SE SIVE IN SPECIE,
VEL ANIMA SIVE ALIQUID ANIMAE]

374 Utrum principalior causa respectu notitiae genitae sit obiectum in se praesens sive praesens in specie, vel anima sive aliquid animae (et dico sub generalibus verbis 'animam vel aliquid animae', quia nondum declaratum est an intellectus possibilis vel agens sit illud quod sit causa intellectionis).

Et quod obiectum sit causa principalior, videtur:

25

Illa causa est principalior alicuius effectus quae movet non mota

PV

1-2 si autem — lignum om. V 4 et] add. quod V 6 cultello] ligno codd. 8 autem] talis P' talium P^s 10 vel obiectum] ut o. P om. V | sit] sunt V* 21 sive praesens om. P | anima] add. sit V* 22 sub generalibus verbis] generale verbum V 23 declaratum] determinatum V

T¹ Loco «cultello» codices perperam tradunt «ligno». ² Id est, viam propriam Duns Scoti, n. 365-368; rationes vero contra eam cf. supra n. 313-319. 326-327. 339-340. 347-351, solutio earum cf. n. 389-418.

quam illa quae movet mota, sicut patet ex XII *Metaphysicae* et ex III *De anima*; sed obiectum movet non motum, intellectus autem movet motus; igitur obiectum erit principalius causa intellectionis quam intellectus.

- 5 Praeterea, illud est principalius causa alicuius effectus cui effectus magis assimilatur; sed notitia genita magis assimilatur obiecto, quod est cognitum ista notitia genita, quam animae; igitur obiectum erit magis causa notitiae genitae quam anima. 375

cf. *Sancti*
De anima
f. 23 v. 1

- Praeterea, obiectum continet habitum et actus virtualiter, et 376
10 ideo unitas habitus et scientiae accipitur ex unitate obiecti; sed anima non continet virtualiter habitum, quia tunc unitas habitus acciperetur ex unitate animae, quod falsum est; sed illud quod est causa effectiva alicuius effectus, continet ipsum virtualiter; igitur obiectum magis erit causa effectiva intellectionis et habitus quam
15 anima, cum magis virtualiter contineat illud.

Contra:

377

- Quando sunt duae causae concurrentes ordinatae essentialiter ad aliquem effectum, illa causa quae est perfectius ens, perfectius agit, quia ens perfectius si agat, perfectius agit; sed in multis intellectionibus, ut respectu istorum inferiorum¹, anima est perfectius ens quam obiectum; igitur si anima concurrat in ratione principii activi, perfectius agat. 20

- Praeterea, obiectum quod non est praesens in se ipsi intellectui sed tantum in sua specie, est praesens secundum quid tantum, sed anima est praesens simpliciter et per se; sed quando aliqua actio convenit enti per se et enti secundum quid, perfectius convenit enti per se quam² per accidens sive secundum quid; igitur anima erit causa perfectior intellectionis quam obiectum quod non est praesens nisi in specie. 378

PV

2 movet om. V² 3 principalior V² 7 genita om. V 12 est¹ om. P 13 virtualiter] contrarium V¹ om. V² 14 effectiva om. V 15 magis om. V | contineat illud] i. c. V 17 ordinatae om. P 18 perfectius ens] e. p. V 19 in om. V² 21 concurreret V 22 perfectior P² | ageret V 23-24 in se ipsi intellectui] ip. int. in se V 24 est] etiam P 25 aliqua] alia P² 27 per accidens sive] enti V 28 perfectioris V

F 1-2 ARISTOT., *Metaph.* XII t. 36 (A c. 7, 1072a 26-27); *De an.* III t. 54 (Γ c. 10, 433b 11-12).

T ¹ Cf. infra p. 372, 2-3 et n. 381. ² supple: enti.

I.A. — SOLUTIO QAESTIONIS

- 379 Respondeo et dico quod in istis intellectionibus quae sunt respectu inferiorum et materialium, anima est causa perfectior quam obiectum. Quod probo sic:

Illa causa est perfectior cuius causalitas est illimitata ad talem effectum producendum, quam quae est limitatior, sicut patet inductive, nam sol, cuius causalitas non limitatur ad aliquem effectum generabilium et corruptibilium, est perfectior causa quam alia causa particularis, respectu effectus producendi, quae limitatur ad certum effectum; sed anima intellectiva secundum rationem suae causalitatis est illimitata respectu omnium intelligibilium quorum notitiam potest causare, sed obiectum in specie est limitatum ad causandum notitiam illius obiecti; igitur anima in talibus intellectionibus est magis causa quam obiectum.

- 380 Praeterea, secundo arguo sic: illud est causa perfectior quod primo agit et ad cuius actionem agit aliud; sed intellectus agit ad intellectionem et obiectum coagit, et non e converso, ut probatur¹; igitur anima sive intellectus erit perfectior causa intellectionis quam obiectum. — Probatio minoris: intelligere est in potestate nostra, dicente Philosopho: 'Intelligimus cum volumus'; sed intelligere non est in potestate nostra ex parte obiecti, quia quantum est ex parte obiecti, semper ageret et intelligeret; igitur erit in potestate nostra 'intelligere' ex parte animae. Unde quatenus possumus uti intellectu vel non uti, obiectum coagit vel non coagit; igitur obiectum coagit ad intellectionem quia intellectus agit; si enim usus ad intelligendum esset ex parte obiecti, semper intellectus intelligeret.

- 381 Verumtamen dico, secundo, quod respectu alicuius intellectionis obiectum est magis causa quam anima, ut respectu intellectionis

PV

2 in om. V* | istis] multis V 3 causa perfectior] p. c. V 4 Quod probo] Et probo primo quod V 5 causa] causalitas V* 6 limitata V 7 aliquem] certum V 8 generalium P 15 secundo om. V 16 sed] add. quia P 17 et¹ om. P | converso] contra V 19 intelligere om. V* 19-21 est — intelligere om. V 21 est² om. P 22 erit] est (non intelligere, 23) V* 23 quatenus] quia V 25 usus] visus P* 26 intellectus intelligeret] intellig. intellect. V 27 secundo om. V 28 causa om. P*

F 20 ARISTOT., *De an.* II t. 60 (B c. 5, 417b 24): «Unde intelligere quidem est in ipsa [anima] cum velit».

T ¹ Cf. infra lin. 19-26.

quae excedit actualitatem animae naturalem, sicut in visione beata; ibi enim obiectum vel est tota causa, vel est causa prior et principalior.

[B. — AD ARGUMENTA PRINCIPALIA QUAESTIONIS]

5 Ad primam rationem principalem istius quaestionis, quando 382 arguitur quod 'intellectus movet motus et obiectum movet non motum'¹, dicendum quod sunt duae motiones:

Prima motio est, ut intellectus habeat obiectum sibi praesens, et illa motio est ab intellectu agente et a phantasmate; non quod intellectus 10 agens agat in phantasma et det sibi actualitatem ut posset movere intellectum possibilem, sed sicut dictum est de intellectu et obiecto respectu notitiae genitae quod sunt una totalis causa respectu notitiae genitae, et una perfectior et alia imperfectior, nec perfectior dat actualitatem imperfectiori nec e contra², — sic intellectus agens et phan- 15 tasma se habent respectu speciei intelligibilis, in qua obiectum est praesens intellectui, quod intellectus agens est principalior causa respectu istius effectus, nec dat causalitatem phantasmati, sed simul concurrunt ut una causa totalis respectu productionis speciei. In ista igitur motionem qua obiectum efficitur praesens intellectui, intel- 20 lectus agens est causa principalior non mota.

Alia est motio ad actualem intellectionem, quae est actus intel- 383 ligentiae, non memoriae sicut potentiae, qua³ elicitur et causatur notitia genita et intellectio. Et in ista secunda motionem intellectus movet et obiectum; nec ad hoc quod intellectus moveatur, in ista secunda 25 motionem, requiritur quod moveatur ab obiecto, immo si obiectum esset sibi praesens per illapsum sub ratione intelligibilis, intellectus non motus priore motionem⁴, moveret secunda motionem ad notitiam genitam. Sicut igitur in prima motionem intellectus prius movet quam phantasma, et phantasma movet ad motionem intel- 30 lectus agentis, sic in secunda motionem intellectus prius movet quam

PV

1 quae] non P² | activitatem V 2 est² om. V | prior et om. V 8 obiectum sibi] s. o. V
9 illa] ita P¹ 10 agat] agit V² | actualitatem] activitatem V | possit V 11 sicut dictum]
d. s. P² 12 totalis causa] c. t. V 14 sic] sed P 15 se habent] h. se V | qua] quo
codd. 16 causa om. V 18 ut] in P² 22 memoriae] add. vel P² add. aut V² | potentiae
in corr. P² 24 moveat] movet codd. 27 prioris P² | moveret] moveretur V 30 prius]
primo (post movet) V²

T¹ Cf. supra n. 374. ² Cf. supra n. 365..368. ³ scil. motionem. ⁴ Cf. supra n. 382.

obiectum; immo obiectum commovet ad motionem intellectus.

384 Dico igitur quod intellectus in secunda motione non movet quia movetur ab obiecto, sed movet secunda motione quia movetur a prima motione, qua obiectum fit sibi praesens; et adhuc prius movetur ab intellectu agente tunc¹ quam a phantasmate. Sic igitur patet falsum esse quod intellectus non movet nisi quia movetur ab obiecto; non enim movet ad notitiam genitam quia est motus ad hanc actionem ab obiecto.

385 Ad secundum principale, quando arguitur quod 'intellectio et notitia genita magis assimilatur obiecto quam animae, igitur magis erit effectus obiecti quam animae'², dicendum quod non sequitur, immo magis concludit oppositum, quia in omnibus causis ordinatis effectus magis assimilatur causae propinquae quam causae remotae, quia est effectus univocus respectu causae propinquae, sed est effectus aequivocus respectu causae superioris remotae (et minor est similitudo aequivoca quam univoca, et e contra, maior similitudo univoca quam aequivoca), et ideo effectus magis assimilatur causae propinquae quam causae superiori, quae est eius causa perfectior. Sic etiam est in proposito, quod species intelligibilis magis assimilatur phantasmati quam intellectui agenti, et tamen intellectus agens est perfectior causa et principalior istius effectus. Non igitur tenet consequentia³. Et ideo intellectio magis assimilatur obiecto quam intellectui, quia obiectum est causa magis propinqua, licet intellectus sit causa perfectior.

386 Sed quaeres, quomodo est hoc possibile? Cum enim causa agens in agendo intendit assimilare sibi suum effectum, videtur quod causa perfectior, ex quo perfectius agat, perfectius assimilat sibi effectum suum, cum non agat nisi ut producat effectum, assimilando illum sibi quantum potest.

PV

1 commovet] causae movet P 2 non movet om. P* 3-4 ¶ sed movet — praesens sign. Vacat V² 4-7 et adhuc — obiecto om. V 10 magis assimilatur] assimilantur magis V 10-11 igitur — animae om. V 14 sed] et V 15 effectus om. V | aequivocus] univocus P² 17 similitudo om. V 18 superioris P* 20 assimilatur] assimilatur (l) V | agenti om. V* 21 intellectus] in ras. P² causa V* 21-22 istius effectus om. V 23 quia] licet P*V | causa magis] m. c. V 24 licet] et V 25 est hoc] h. e. V | impossibile P* 26 assimilare sibi] s. a. V 27 agit V 27-28 effectum suum] s. e. V 28 effectum] add. suum V 28-29 illum sibi] s. i. V

T ¹ scil. in prima motione. ² Cf. supra n. 375. ³ Cf. supra lin. 10-11 (« igitur... animae »).

Dico quod causa aequivoca magis assimilat effectum causae uni- 387
vocae quam causa univoca assimilat effectum sibi ipsi; unde effectus
perfectius est in causa aequivoca quam in causa univoca, licet se-
cundum aliud 'esse' sit in ea.^f Similiter, dico quod causa aequivoca
5 magis assimilat effectum sibi quam causa univoca assimilat effectum
sibi; licet non formaliter assimilat effectum sibi, assimilat tamen
illum virtualiter, — et hoc est perfectius assimilare quam formaliter,
in quantum perfectius imitatur causalitatem eius.

Ad tertium, quando arguitur quod 'obiectum virtualiter conti- 388
10 net habitum et omnes actus qui eliciuntur'¹, dicendum quod sunt
duae causae partiales respectu actuum et habituum, scilicet intel-
lectus et obiectum, et obiectum continet modo suo. Unde obiectum
continet totum habitum quatenus est partialis causa, sed tamen
perfectius obiectum cum intellectu continet habitum et actus.

15

rIII. — CONCLUSIO RESPONSIONIS PROPRIAEI

Sic igitur patet — quantum ad praecedentem quaestionem² — 389
quod notitia genita non tantum est ab intellectu, nec ab obiecto,
sed ab utroque simul. Nec ista debet videri alicui nova opinio. Est
enim expresse opinio Augustini, sicut patet ex IX *De Trinitate*
20 cap. ultimo, sicut supra allegatum est contra primam opinionem³:
«Omne cognitum congenerat in intellectu [notitiam sui]. Unde
dicit quod «a cognoscente et cognito paritur notitia». Et idem
expresse vult *De Trinitate* XI cap. 2.

{ Sed contra hanc viam⁴ adhuc arguitur, ostendendo quod spe- 390
25 cies non potest poni sicut aliqua causa partialis, respectu intel-

PV

1 assimilat] *add.* sibi suum V 2 effectum om. V | unde] ut P 4 aliud] ad P* | ea]
eo *codd.* | Similiter] Sic P 5 effectum sibi] s. e. V 6 non om. V* | effectum sibi,^u assi-
milat om. V* 10 elicitur P* 12 obiectum³] *add.* non V² 14 perfectione P* per-
fecte V 18 sed] *add.* tantum V 20 sicut — opinionem om. V 21 Omne om. V |
in om. P* 23 expresse om. V | 2] ultimo P* 24-p. 377, 30 *quoad transpositionem textus*
Sed contra (24) — speciem (p. 377, 30) cf. p. 390 ad 17-p. 392, 3 24 viam adhuc om. P |
adhuc arguitur] *arg.* adh. V | ostendo P*V* 25 aliqua] alia P | partialis] particularis *codd.*

F 19-21 AUGUST., *De Trin.* IX c. 12 n. 18 (PL 42, 970). 22 Ibidem. 23 Ib. XI
c. 2 n. 3 (PL 42, 986).

T ¹ Cf. supra n. 376. ² scil. secundam, cf. supra n. 308. [³ Cf. supra n. 320.
⁴ Cf. supra n. 365-368.

lectionis et notitiae genitae, quia si ponitur species intelligibilis, in qua relucet obiectum, causa partialis intellectionis, habebit rationem principii activi respectu intellectionis; sed species, in quantum in ea relucet obiectum, terminat actum intelligendi primo, dicente Avicenna VI *Naturalium* quod 'primum sensatum est illud quod 5 primo imprimatur in sensum', et per consequens, similiter, primum intellectum erit species primo impressa in intellectu; igitur species in intellectu habebit rationem duplicis principii respectu actus intellectionis, scilicet principii effectivi et principii terminativi. Sed hoc videtur inconveniens, quia tunc primus actus intelligendi esset 10 reflexivus: nam in quantum procedit ab ipsa specie ut a causa effectiva, sic intelligitur ista intellectionis prima per modum lineae rectae, sed quatenus terminatur ad eandem speciem vel ad obiectum ibi repraesentatum, sic intelligitur reflecti ad illud a quo processit, — et sic primus actus intelligendi erit actus reflexus, quod est impossi- 15 bile, quia omnis actus reflexus praesupponit actum rectum.

391 Ad illud¹ potest dici uno modo², quod si ponitur quod 'obiectum' ut est in specie intelligibili terminet actum intelligendi, tunc non est inconveniens quod concurrat 'species' intelligibilis congenerans intellectionem sicut causa quaedam partialis et etiam ut terminans intellectionem. Unde non est inconveniens quod a 'specie' sicut a causa partiali procedat intellectio, et quod 'obiectum' ut relucet in specie terminet actum intelligendi. — Nec sequitur hic inconveniens quod primus actus intelligendi sit reflexus, nam reflexio transfertur a corporalibus ad actus immateriales et spiritua- 25 les; in corporalibus autem ille motus dicitur esse reflexus qui incipit ab uno termino et terminatur ad eundem terminum, super eandem lineam redeundo. Sed in proposito est unus actus intelligendi et unus motus habens duos terminos, quia obiectum, causans intel-

PRV

2 partialis] particularis V 6 similiter] in corr. P² post primum R 7 intellectum] intellectivum V | primo] quia V¹ 8 rationem] illud ratione P² 11 nam om. P² | a om. R
14 illud] aliud V 20 etiam] quaedam P² 21 quod] ut P 21-24 quod — inconve-
niens om. R 27 ab] in P

F 5-6 AVICENNA, *De an.* pars 2 c. 2 (f. 7ra): «Dicemus autem quod sentiens habet, in sua potentia finali, sicut sensatum in effectu. Sentire etenim est recipere formam rei nudam a sua materia, ita ut informetur per eam sentiens... Primum enim sensatum certissime est id quod describitur in instrumento sensus, et id apprehendit». Cf. ibidem (f. 7va).

T ¹ Cf. supra n. 390. ² 'alio modo' cf. infra n. 392.

lectionem, habet rationem principii et termini; sed motus reflexus in corporibus non est unus motus sed duo. Sed in proposito est unus motus, sed quod habeat terminos qui idem sunt, hoc accidit.

Aliter potest dici, et forte melius, quod species intelligibilis non 392
 5 terminat actum intelligendi primo, sed actus intelligendi terminatur ad obiectum secundum 'esse intelligibile' quod habet in actuali intellectione et in notitia genita; nam illa intellectio est qualitas absoluta, vera similitudo obiecti, ut praedictum est¹, et dicitur in quaestione sequente². Unde obiectum habet 'esse intelligibile'
 10 in actu illo, et terminatur³ ad obiectum ut in illo est, non ut habet esse repraesentativum prius; nam posito actu intelligendi, obiectum in quantum terminans est praesens est in actu illo, licet aliud repraesentans⁴ – per impossibile – in illo instanti non esset: ut si
 15 Deo causaret actum intelligendi, specie non existente in intellectu, necessario adhuc est ibi obiectum praesens ut terminans actum intelligendi, quia includit contradictionem quod sit actus intelligendi et non respectu alicuius obiecti praesentis terminantis, et tamen, per potentiam⁵, non est ibi species inchoans istum actum. Ideo obiectum potest esse praesens ut terminans licet non ut causa
 20 partialis actum eliciens, quod non esset si necessario esset terminans in quantum prius eliciebat ut causa partialis.

Dico igitur quod ut causat actum intelligendi, sic species prae- 393
 cedit, et obiectum in specie, – sed ut terminat, sic est in ipso actu secundum esse eius intelligibile. Et sic ratio⁶ non habet difficultatem, nec sequitur reflexio⁷, quia tunc species aliquo modo causat
 25 actum, et actus habet obiectum suum ut terminans. Et secundum hoc verissime potest salvari quod intelligere est motus a re ad animam, quia obiectum causat se in anima, in quantum causat actum intelligendi, in quo obiectum habet 'esse intelligibile'; et verius sic
 30 intelligere est motus rei ad animam, quam si res solum causet speciem. }

PRV

2 corporalibus V 2-3 Sed in proposito — accidit om. V 7 in] est in V' om. V² | illa om. R 8 vera] ubi P' ut P² 10 in² om. codd. | non ut] et V 11-12 obiectum om. V² 12 terminans est praesens est] est t. est p. V 13 instanti] subiecti R* om. V 15 est ibi] i. e. RV 17 respectu om. V | alicuius] actus R | obiecti praesentis] p. o. V 18-20 non est — necessario om. P 18 actum] add. intelligendi V 19 esse] add. obiectum V² 20 actum] activi R 22 causet P 23 terminat] add. actum V | sic om. R 24 eius om. V 25 tunc species] idem V 29 intelligendi] add. ut V | obiectum habet] h. o. V

T ¹ Cf. supra n. 385. ² Cf. infra n. 446. ³ scil. actus intelligendi. ⁴ scil. species intelligibilis. ⁵ scil. Dei. ⁶ Cf. supra n. 390. ⁷ Cf. ibidem.

[IV. — AD ARGUMENTA PRIMAE OPINIONIS]

- 394 Ad primam rationem primae opinionis quaestionis praecedentis¹ dico quod illae auctoritates Augustini videntur expresse dicere quod imagines corporum recipiantur et fiant in spiritu. Unde ait Augustinus, ubi supra², XII *Super Genesim* cap. 28 'de parvis', sic: «Nec sane putandum est facere aliquid corpus in spiritu, quasi spiritus corpori facienti materiae vice subdatur. Omni enim modo praestantior est qui facit ea re de qua aliquid facit, neque enim ullo modo spiritu praestantius est corpus, immo perspicuo modo spiritus corpore. Quamvis igitur prius videamus³, atque¹⁰ incipiat imago eius esse in spiritu nostro, quo illud cum absens fuerit recordamur, tamen eandem eius imaginem non corpus in spiritu sed ipse spiritus in se ipso facit mirabili celeritate, quae inefabiliter longe est a corporis tarditate». Hoc ibi Augustinus.
- 395 Similiter, Augustinus X *De Trinitate* cap. 5 'de magnis' et 15¹⁵ 'de parvis', quod «anima, quae non potest secum introrsus tamquam in regionem incorporeae naturae ipsa corpora inferre, imagines ipsorum convolvit et rapit, factas in semetipsa de semetipsa; dat enim eis formandis quiddam substantiae suae». Et sequitur in fine capituli: «Illas animae partes quae corporum similitudinibus²⁰ informantur, et cum bestiis nos communes habere sentimus».
- 396 Ex istis auctoritatibus apparet quod Augustinus vult quod similitudines et imagines corporum recipiantur in sensu, — et manifestum est quod, secundum omnes, recipiuntur in organis; ergo aliter loquitur de similitudine corporis recepta in spiritu et in po-²⁵ tentia, et de similitudine sive imagine corporis quae recipitur in organo corporeo. Ideo dico quod 'imago' corporis quam Augustinus ponit recipi in spiritu, est 'sensatio' in potentia sensitiva

PV

5 ubi supra om. V 6 aliquod codd. 7 corpori om. P 8 qui] quod P 8-9 ea re — corpus om. P* | re de — corpus om. V* | neque... ullo] ut... nullo V² 9 praestantior P² | immo] tuo V' om. V² | perspicuo om. V 10 modo spiritus corpore om. V² | igitur prius] enim primo V 11 spiritu om. V² 12 tamen] secundum V 15 Similiter, Augustinus om. V | X] 16 V | 15] 12 V 16 quod] add. omnia (!) V² | introrsum V 18 semetipsa] se ipsa V | de semetipsa om. V 19 formandae V² | substantiae] sub V* 21 communes habere] h. c. V 25 corporis] add. et P | in² om. V

F 5 AUGUST., *De Gen. ad litt.* XII c. 16 n. 33 (PL 34, 467). 15 AUGUST., *De Trin.* X c. 5 n. 7 (PL 42, 977). 19 Ibidem.

T ¹ Cf. supra n. 314-315. ² Cf. supra n. 314. ³ scil. aliquod corpus.

et 'visio' in potentia visiva et apprehensiva et 'intellectio' sive 'notitia genita' in potentia intellectiva. Et hoc convenienter dicitur, propter duo: tum quia sicut Augustinus XI *De Trinitate* cap. 2 vocat speciem 'visionem', ita e contra potest aequè proprie vocare
 5 visionem 'speciem', 'imaginem' vel 'similitudinem' corporis, – tum quia visio et intellectio non est actio de genere actionis, sicut quaedam via qua producatur aliquid, sed est productum et terminus actionis de genere actionis praecedentis, per quam acquirit esse absolutum; aliter enim non esset talis actio finis, nam qualibet actione
 10 de genere actionis producitur aliquid, et ista actione quae visio est nihil producitur, immo est finis, et ideo requirit actionem veram praecedentem, qua producatur. Et hoc patet ex modo loquendi, cum dicimus quod visio elicitur a potentia visiva et intellectio a potentia intellectiva, et quod potentia intellectiva gignit notitiam
 15 et intellectionem; est igitur qualitas absoluta realis, et ideo proprie est similitudo et imago corporis. Sed tamen praesupponit haec imago aliam in organo, quia nisi alia praecederet in organo, non posset species in potentia – in qua recipitur et formatur – assimilari per hanc corpori cuius est. Et secundum hoc patet quod intellectus
 20 vere per actum intelligendi, et per intellectionem sive per notitiam genitam, assimilatur obiecto, et visiva potentia per visionem ipsi visibili, et universaliter potentia sensitiva per sensationem assimilatur sensato.

Sic igitur patet quae sit illa 'imago quae recipitur in spiritu'¹.

25 Quando igitur dicit Augustinus quod corpus non facit similitudinem in spiritu, sed ipsa anima in se ipsa², quia agens praestantius passo³, dico quod imago non sit in spiritu a solo corpore; tunc enim, ut ait Augustinus, agens non esset praestantius patiente⁴. Unde imago in spiritu non est a corpore sicut a totali causa, nam

PV

2 potentia] parte V 4 e contra] post potest V comp. P' om. P² 5 speciem om. V
 7 est] add. aliquid V | et] ut V 8 acquirit] aliquid communiter P 17 aliam om. P² |
 alia] aliqua P^{*} 18 in] ut P^{*} 19 cuius est] eius P 22 sensationem] assimilationem V
 24 igitur om. V 26 in se ipsa] et ipse P'V om. P² | praestantius] est praestantius suo V
 27 sit] fit V 28 non om. P | esset praestantius] p. e. P 29 sicut] ut V

F 3 AUGUST., *De Trin.* XI c. 2 n. 3 (PL 42, 986).

T ¹ Cf. supra p. 378, 4; cf. etiam n. 314-315.
 « et ipse »; cf. tamen infra p. 380, 20 et supra n. 394.

⁴ Cf. ibidem.

² Loco « in se ipsa » codices habent

³ Cf. supra n. 394, et etiam n. 314.

imago, quam ponit esse in aliqua anima, facit ut causa principalis, corpus autem ut causa minus principalis, nam spiritus cum obiecto praesente in specie corporali, existente in organo, facit imaginem quae est sensatio in se ipsa. Et ideo ista similitudo, licet non sit praestantior totali sua causa, est tamen praestantior corpore et spe- 5 cie corporali, quatenus communicatur sibi esse a subiecto suo, quod est anima, nam secundum Augustinum¹ entia ista sensibilia secundum quod sunt in anima nobilior esse habent quam in se ipsis, licet e contra sit de entibus supra nos. Et hoc est quod dicit Augustinus XII *Super Genesim* cap. 28 'de parvis': «Hic exsistit 10 quiddam mirabile, ut cum prior sit corpore spiritus, et posterior corporis imago quam corpus, tamen quia illud quod tempore posterior fit in eo quod natura prius, praestantior sit imago corporis in spiritu quam ipsum corpus in sua substantia». Unde licet imago quae recipitur in corpore et causatur a solo corpore non sit nobilior 15 corpore, imago tamen in spiritu, quae causatur a duabus causis – ut a potentia et ab obiecto corporali – nobilior potest esse quam altera, puta quam corpus (quod est causa ignobilior), et hoc ratione nobilitatis quam habet a causa principali. Concedo igitur quod istam imaginem faciat anima in se principaliter, non sola ta- 20 men sed cum obiecto.

398 Et ex hoc etiam patet responsio ad Augustinum X *De Trinitate* cap. 5, quod anima facit imagines corporum in se ipsa et de se ipsa². Et hoc 'de semetipsa' exprimit propriam potentiam receptivam, non causam eius materiale, ita quod componatur ex ea. 25 Quando enim aliquid est in potentia neutra ad aliquid, potest illud fieri in eo, licet non de eo, sicut aliqui ponunt de lumine in medio. Unde anima agit, vel aliquid eius, et corpus coagit: et ideo dicitur

PV

1 aliqua om. V²(post anima) | causa principalis] p. c. V 2 causa minus principalis] m. p. c. V | principalis om. P² | spiritus] species P 3 corporali] totali P² 4 ista om. V² 7 entia] omnia V 10 XII] 9 P | 28] 29 V | Hic] Hoc P Et hoc V 11 quiddam] quoddam PV² 13 fit] sit V | natura] non V | sit] fit codd. 17 ab om. V 18 causa] add. r... V² | ignobilior] ignobilis P ignobilis V add. quia V² | hoc] add. est V² 19 Concedo igitur] Ig. c. V 20 faciet V | anima] a causa V 20-21 sola tamen] t. s. V 22 ex] per V 23-24 et de se ipsa] et de ipsa P om. V 24 hoc] praem. per V² | de] ex V | propriam potentiam] pot. pr. V 25 causam eius] tamen est eius V' tamen eius causam V² | componitur V 28 ideo om. V²

F 10 AUGUST., *De Gen. ad litt.* XII c. 16 n. 33 (PL 34, 467). 27 ROGERUS MARSTON, *De an.* q. 8 arg. 6 (BFS VII 378).

T ¹ Cf. infra lin. 10-14. ² Cf. supra n. 315.

quod 'rapit in se et de se ipsa', quia 'dat istis actibus formandis aliquid substantiae suae', sicut dicit Augustinus¹. Et in hoc patet intentio Augustini.

Ad secundum, quando arguitur quod 'actio vitalis est a principio vitali'², dicendum quod intelligere et sentire sunt actus vitales, ideo sunt a principiis vitalibus, quae sunt principaliter causae talium actionum. Si enim actus vitalis esset tantum a principio non vivo, tunc effectus excederet totalem causam suam. Unde actus vitalis potest esse a duabus causis, quarum una est vitalis licet alia causa non, et maxime si causa principalis sit vitalis. Sic est in proposito. Immo videmus quod effectus vitalis potest esse a duabus causis licet causa principalis sit non-vitalis, et causa propinqua, minus principalis, sit causa vitalis, sicut quando homo generatur ab homine-patre et a sole; igitur multo magis in proposito, ubi causa principalis est vitalis, sufficit ad hoc quod effectus sit vitalis.

Ad tertium, quando arguitur quod 'forma quanto perfectior tanto actualior'³, dicendum quod omnes formae sicut sunt limitatae in natura, ita et in operatione. Sed intellectus quasi in se continet totum ens, unde ordinatur ad habendum operationem circa totum ens, sicut aliae formae minus nobiles ad habendum operationem circa particulare ens. Verumtamen intellectus ita ordinatur ad totum ens quod non est infinitus, sed quid causatum est. Non igitur ordinatur ad totum ens, quod totum ens habeat in se (sicut Deus), et ideo aliquid deficit sibi perfectionis a quocumque ente quod potest habere et recipere. Unde ex imperfectione sua, simul cum perfectione, deficit sibi perfectio quam a quocumque ente potest recipere. Non igitur recipit ab eis sicut a totis causis, sed sicut a suppletibus imperfectionem eius. Unde phantasma non est tota causa suae perfectionis, – hoc enim dicere, est nimis vilificare animam intellectivam; nec ipsa⁴ etiam est tota causa, quia hoc esset infinitare eam.

PV

1:2 aliquid] quiddam V 5 actus] actiones V 8 effectus] efficiens V* | totam V 10 causa¹ om. V | et om. V* | Sic est] Sic V' sicut V² 14 ubi] ut V* 15 vitalis¹] add. ideo V² 16 quanto] add. est V 17 tanto] add. est V 18 ita et] et V' ita V² | in operatione] operationes PV* add. est V 20 ens] add. unde ad habendum operationem circa particulare ens V' add. et non V² | nobiles] add. ordinantur V² 24 aliquid deficit sibi] d. s. a. V 25 simul om. P* 28 sicut] add. scilicet P 29 nimis] minus P* om. V 30 ipsa om. V | est] potest esse V | esset] est V

T ¹ Cf. supra n. 315 et 395. ² Cf. supra n. 316. ³ Cf. supra n. 317. ⁴ scil. anima.

- 401 Ad aliud, quando arguitur quod 'intellectio manet in agente'¹,
dicendum quod illa ratio concludit pro me, nam intellectio inest
in agente ut in parte intellectiva prout distinguitur contra appetiti-
vam et sensitivam.
- 402 Ad quintum² etiam dicendum quod ipsa³ concludit pro ista⁵
opinionem⁴, quod actio formaliter denominat animam intellectivam,
et ideo ipsa est principalis causa intellectionis.

IV. — AD ARGUMENTA SECUNDAE OPINIONIS

- 403 Ad rationem primam secundae opinionis, quae nimis vilificat
animam, quando arguitur quod 'nihil movet se'⁵, dicendum quod¹⁰
aliquid potest moveri ab aliquo dupliciter: vel sicut a causa univoca
vel sicut a causa aequivoca. Impossibile autem est quod aliquid mo-
vetur a se sicut a causa univoca, immo hoc omnino includit con-
tradictionem. Et ratio est: causa univoca movens habet illam for-
mam ad quam movet mobile; si ergo aliquid moveret se univoce,¹⁵
antequam moveret haberet formam ad quam movet; sed mobile dum
movetur ad formam caret ea; igitur simul careret forma et eam ha-
beret, et sic simul haberet eam et non haberet, et simul esset in
potentia ad formam et in actu per eam, — quod includit contradic-
tionem. Et hoc sequitur loquendo de eadem forma secundum nu-²⁰
merum; si autem duae formae eiusdem speciei possent esse simul
in eodem subiecto, non sequeretur. — Sed tamen loquendo de eo
quod movetur a causa aequivoca, hoc non sequitur⁶, quia causa
aequivoca habet aliam formam quam sit illa ad quam movetur^a.

^a Sequitur textus interpolatus: Sed movens sive agens est virtualiter tale in²⁵
actu quale formaliter patiens est in potentia; et quod 'idem' sit tale virtualiter

PRV

1 adnot. Ad quantum P²V² 2 pro] per P | inest] manet V 5 quintum] quantum
codd. 7 ipse P^{*} 9 quae] quod P^{*} 11 aliquid] aliquis R 12-13 vel sicut — univoca] et
sic nihil movet se V 13 omnino includit] includit omnimodam V 14 est] add. quia V
15-16 mobile — movet om. P 18 haberet²] add. eam V 21 possunt P 22 non] nunc
P² | tamen om. V 24 movetur] add. et in quibus est intellectus aequivocus, scilicet in quan-
titate et ubi et in relatione et in omnibus speciebus qualitatis praeter quam in tertia specie qua-
litis, ut patet R² 25-p. 383, 17 Sed — ubi = P²V 26 est om. V^{*}(ante patiens)

T ¹ Cf. supra n. 318. ² Cf. supra n. 319. — Loco « quintum » codices tradunt « quar-
tum »; cf. tamen apparatus lect. var. ad lin. 1. ³ scil. ratio. ⁴ scil. ipsius Duns Scoti;
cf. supra n. 365. 379-380. ⁵ Cf. supra p. 354, 25-26 et p. 355, 10-13. ⁶ scil. non sequitur
quod includat contradictionem (cf. supra lin. 19-20).

Motus autem univocus et motio univoca non est in genere 'quantitatis', nec ad formam de genere 'ubi', nec ad 'relationem'. Non in genere quantitatis, quia non ideo quia aliquod 'quantum' habet quantitatem perfectam, ideo augmentat aliud ad quantitatem perfectam, 5 sed quia habet animam vegetativam; unde nihil movetur ad quantitatem a causa univoca, quia quantitas non est forma activa nec motiva. Et quando est motus ad formam non activam, numquam est motus a causa univoca. Probatio: in motu qui est a causa univoca, movens habet eandem formam secundum speciem per quam mo-
 10 vet cum forma ad quam movetur; si ergo forma ad quam movet non sit activa, igitur forma agentis, si per eandem eiusdem speciei moveret, illa esset activa et non activa. – Ideo motus qui est ad 'quantitatem' et ad 'ubi' et ad 'relationem' non potest esse a causa univoca, quia istae formae non sunt activae ^a. Et ideo illud principium

15 in actu et formaliter in potentia tale, nulla est contradictio. – Ista glossa est necessaria, scilicet de agentibus aequivoce et univoce, quia Philosophus¹ ponit 'motum' non tantum in genere qualitatis, sed quantitatis et 'ubi' ².

^a Sequitur textus interpolatus: Si arguis 'igitur similiter erit in omnibus', quod 'quae sunt actu virtualiter talia, sunt potentia formaliter talia', – respondeo
 20 quod hic est non-causa ut causa, ex generali ratione 'actus virtualis et potentiae ad actum formalem' arguere repugnantiam in omnibus quae virtualiter sunt talia. Verum est igitur quia si ex ista ratione esset repugnantia, et in quolibet esset repugnantia; tamen in aliquo cum actu virtuali concurrit aliquid aliud, propter quod repugnat sibi quandoque esse in potentia vel actu tale formaliter. Exemplum: sol est calidus virtualiter, sed quod non potest esse calidus
 25 formaliter, hoc non est propter repugnantiam terminorum. Probo, quia saturnus est frigidus virtualiter in actu, sed non potest esse calidus formaliter; ergo actus virtualiter non est in eo causa repugnantiae, sed aliquid aliud, quod est commune soli et saturno, puta incorruptibilitas; unde calor 'qualitas' est cor-

PRV

1 univocus] aequivocus R aequivocationis P' univocationis P² | univoca] aequivoca P*R
 1-2 non est... nec... nec] est... et... et R² 2 Non] Nec P om. R² 3 aliquid R 4 aliud
 om. V 7 Et] add. generaliter V 8 a² om. V* 11 igitur] sicut R 11-12 forma agen-
 tis — esset activa om. P² 11 eandem] add. et V | speciei] sensu (l) R 12 esset activa
 et non] non esset activa et esset V 16 posuit V 17 qualitatis, sed quantitatis] et quan-
 titatis sed V' qualitatis sed etiam quantitatis V² 18-p. 384, 22 Si arguis — actus formalis =
 P² (in folio apposito)V 18 igitur om. P² | quod] scilicet P² 20 hic est] est haec P² | causa²]
 add. nam V² 22 igitur] enim P² 23 cum om. V* 24 aliud om. V* | tale] add. esse V
 25 calidus virtualiter] v. c. P² 27 calidus om. P²V² 29 incorruptibilitas] add. sive quod
 ista corpora sint incorruptibilia V² | qualitas] quantitas V* 29-p. 384, 20 corruptibilis]
 ante est (29) P² praem. corporis V²

T ¹ Cf. ARISTOT., *Physic.* V t. 9 (E c. 1, 225b 7-9). ² Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3 n. 513-514 (III 304, 13-19).

‘nihil movet se’¹ non habet locum in istis motibus propter hoc quod ‘nihil simul est in potentia et in actu’², nam hoc non sequitur ubi est motus a causa aequivoca³; et ideo nisi sit aliud quod impediatur aliquid movere se secundum locum vel secundum quantitatem, quod⁴ non esset simul in potentia et in actu, non repugnaret⁵ aliquid movere se istis motibus.

404 Sed quid dicemus de qualitate? Estne motus ad qualitatem a causa univoca vel aequivoca? – Dico quod in prima specie qualitatis⁵ forma acquiritur a causa aequivoca, sicut habitus generatur ex actibus, qui sunt alterius speciei. Et similiter forma quartae speciei¹⁰ qualitatis acquiritur a causa aequivoca, nam figura non generatur a figura. Et ideo tantum in tertia specie qualitatis, motus fit a causa univoca ubi est actio inter contraria, de qua loquitur Philosophus I *De generatione*, quod conveniunt in materia et differunt in forma; de qua actione non loquitur III *Physicorum*, quia illa potest esse non¹⁵ inter contraria, ubicumque est motus, sive univocus sive aequivocus, et ideo in tertia specie qualitatis propositio habet veritatem, quod ‘nihil movet se’. Unde ratio⁶ concludit quod anima non calefacit se, nec quod moveat se, secundum qualitatem tertiae speciei, –

ruptibilis. – Sed si obicias de principio metaphysico, – dicendum quod non²⁰ est principium metaphysicum quod includit falsum. Sed bene verum est quod nihil est in actu formali et in potentia respectu eiusdem actus formalis⁷.

PRV

3 aequivoca] univoca *codd.* | ideo] *add.* patet V 4 aliquid] *add.* aliud V² | se secundum] *sec.* se P⁺ 5 esset] *esse codd.* 8-9 qualitatis] quantitatis R 11 qualitatis] quantitatis P²R⁺ 12 qualitatis] *add.* huius P | fit] sit P 16 contraria] *add.* quia V | ubicumque *in corr.* V² | est *om.* V⁺ 19 quod *om.* R 20 obicis V | metaphysico] *add.* sive quod ista corpora sunt incorruptibilia V² 21 metaphysicum *om.* P² 22 actus formalis *om.* P²

F 13-14 ARISTOT., *De gener. et corrupt.* I t. 43 (A c. 6, 322b 16-19). 15 ARISTOT., *Physic.* III t. 1-23 (I c. 1-3, 200b 12-202b 29).

T ¹ Cf. supra p. 382, 10. ² Cf. supra p. 354, 26. ³ Loco «aequivoca» codices tradunt «univoca»; cf. tamen infra n. 405. ⁴ scil. illud impediens (lin. 3). ⁵ De quattuor speciebus qualitatis, de quibus hic agitur, cf. ARISTOT., *Praedic.* pars 2 div. 4 [tr. 2 c. 4] (c. 8, 8b 26-11a 38): «Est autem ‘qualitas’ eorum quae multipliciter dicuntur. Et una quidem species qualitatis, habitus et dispositio dicitur... Aliud... genus qualitatis est secundum quod pugillatores vel cursores, vel salubres vel insalubres dicimus, et simpliciter quaecumque secundum potentiam naturalem vel impotentiam dicuntur... Tertia vero species qualitatis, passibiles qualitates et passiones: sunt autem huiusmodi, ut dulcedo et amaritudo et austeritas et omnia his cognata... Quartum vero genus qualitatis est forma et circa aliquid constans figura; amplius, ... rectitudo et curvitas» etc. ⁶ Cf. supra p. 354, 25-27. ⁷ Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3 n. 515-516 (III 305, 9-306, 17).

tunc enim esset in actu per formam, ad quam esset in potentia; sed non sequitur quin moveat se ad intellectionem, quia non est in actu movens per intellectionem.

Patet igitur ad probationem primam, quando dicitur quod si 405
 5 idem moveret se tunc 'idem esset in potentia et in actu'¹. Dico quod si moveret se motu univoco, tunc moveretur ad formam quam formaliter habet, et sic simul esset in potentia et in actu. Sed in motione aequivoca, quando idem movet se, tunc idem est in potentia ad terminum motus; sed non est in actu respectu eiusdem
 10 termini secundum formam eiusdem speciei univoce, sed est in actu per formam perfectiorem, continentem virtualiter formam terminantem motum. Et sic sequitur quod sit in actu virtualiter ad quem est in potentia formaliter, ut eo perficitur, — unde² quod sit in actu secundum formam perfectiorem et in potentia ad aliam minus perfectam. Nam esse in actu sub una forma et in potentia etiam activa
 15 ad aliam, est necessarium: nam substantia est actu substantia per formam substantialem, et est in potentia ad passionem suam, quia comparatur passioni ut subiectum et secundum potentiam passivam, et tamen comparatur respectu eiusdem passionis ut efficiens, —
 20 aliter enim non esset necessaria propositio ubi praedicatur passio de subiecto³; si enim subiectum tantum esset in potentia passiva respectu passionis, cum potentia passiva — unde talis — sit potentia contradictionis, oppositum passionis subiecto posset inesse. Et ideo requiritur quod in subiecto sit causa necessaria, ex qua egrediatur
 25 passio sicut ab efficiente.

Ad secundam probationem, quando arguitur quod si idem moveat se tunc 'idem esset materia et efficiens'⁴, dico quod Philosophus concedit quod materia et efficiens aliquo modo concur-

PRV

1 actum P 1-2 ad quam — intellectionem om. V* 1 ad quam esset] et V² | sed om. P* 2 quia] ad quod V* 3 intellectum V* 4 igitur] add. per hoc V* | si om. P* 5 tunc — actu] etc. V | Dico] Verum est V 6 si] idem (praem. si V²) V 7 haberet V | et² om. R 8 tunc idem est om. P* 9 est om. V* 10 termini] scilicet nisi (!) P 12-13 virtualiter — actu om. V 12 quem] quod R 13 eo] res R | sit] add. aliquid sic R 14-16 minus — aliam om. P*R 15 nam] add. aliquid P² | etiam om. P² 16 substantia²] subiecti (!) R 21 tantum esset] e. t. VR 22 respectu — passiva om. V* 24 subiecto] substantiam P* 26-27 movet V 27 se] sequitur P*(post tunc)R 27-28 dico — efficiens om. P*

T ¹ Cf. supra p. 354, 26-27. ² supple: sequitur (lin. 12). ³ Cf. infra lin. 27-28.
⁴ Cf. supra p. 354, 27-355, 2.

rant: nam manifestum est quod subiectum respectu passionis habet modum causae materialis, et tamen Philosophus vult quod 'per se secundo modo', et ita necessario, passio praedicetur de subiecto. Igitur oportet ponere in subiecto causam necessariam respectu inhaerentiae passionis, quae non potest esse nisi causa efficiens, ut praestens ostensum est¹. Dico igitur ad Philosophum II *Physicorum*², quod materia quae est 'simpliciter in potentia' non est activa, nec per consequens concurrit cum causa efficiente; materia tamen 'secundum quid', cuius est subiectum ens in actu, et efficiens concurrunt, — quam distinctionem materiae ponit Averroes super II *De anima*³.¹⁰ Huiusmodi autem materia et efficiens concurrunt, quia actus 'secundum quid' potest advenire enti in actu quod est efficiens, nam actus 'secundum quid' praesupponit actum simpliciter; habens autem actum simpliciter, potest esse efficiens, et ideo stant simul quod aliquid sit simul efficiens aliquid et tamen in potentia ad illud.¹⁵

407 Ad tertiam probationem, quando arguitur quod 'in eodem essent oppositae relationes reales'⁴, dico quod relationes 'causae et causati' non compatiuntur se in eadem natura, quia requirunt dependentiam essentialem, quae non potest esse in eadem natura, et ideo impossibiles sunt in eodem. Relationes tamen reales talis²⁰ causae, ut 'efficientis et materiae', compatiuntur se in eodem, nam istae causae aliquando concurrunt in eodem. Unde habitudo istarum causarum non est quod unum essentialiter dependeat ab alio, sed quod dependeat ab alio respectu alicuius effectus producendi, sicut lignum non dependet essentialiter ab igne, tamen respectu²⁵

PRV

2 quod] *add.* sit P² 3 se] *add.* etiam P² 5 non] tamen (*add.* non R²) R 8 tamen] dico R 9 subiectum] *add.* quod est V 12 potest] potentia P* | actum P 13-14 habens — simpliciter *om.* V* 15 simul *om.* VR | aliquid² *om.* V 16 quando arguitur *om.* V 18 eodem (l) P 20 impossibiles sunt] s. i. RV 21 efficientis et materiae] m. et eff. V | compatiuntur] compatitur P* comparatur R 22 aliquando concurrunt] c. a. V 25 sicut] si P* | non dependet essentialiter] e. n. d. V | tamen *om.* V*

F 2-3 ARISTOT., *Anal. post.* I c. 4 [t. 9] (A c. 4, 73a 37-40). 10 AVERROES, *De an.* II com. 2: «Omnia de quibus dicitur substantia sunt tribus modis: quorum unus est, ut sit materia prima, quae per se non est formata, neque aliquid per se in actu...; secundus autem est forma, per quam individuum est 'hoc'; tertius est illud quod fit ex istis ambobus..., et materia est substantia quae est in potentia, forma autem est substantia per quam perficitur haec substantia quae est in potentia forma».

T ¹ Cf. supra p. 385, 16-25. ² Cf. supra p. 354, 27-355, 1. ³ Cf. etiam AVERROES, *De caelo* III com. 67. ⁴ Cf. supra p. 355, 2-4.

combustionis vel caloris producendi lignum dependet ab igne. Unde lignum ut passivum dependet ab igne, et ideo licet sit impossibile quod idem causet se, non tamen est impossibile quod idem moveat se ad aliquem effectum, ut ad actum communem secundum, quia
 5 ibi non est nisi dependentia ad aliquid 'secundum quid'.

Item, licet 'causa et causatum' non compatiuntur se in aliqua natura, tamen 'producens et productum' compatiuntur se in aliqua natura, licet non in eodem supposito, ut in natura divina illimitata; igitur eodem modo in natura aliquo modo illimitata, ut in anima,
 10 'movens et motum' – ubi non est dependentia essentialis, quia nonnisi respectu perfectionis 'secundum quid' – compatiuntur se; immo in eodem supposito, forte, et non solum in eadem natura, quia dicunt unum actum 'secundum quid' et alterum simpliciter. Et ideo aliquae relationes possunt esse simul quae sunt oppositae, et
 15 aliquae non; quae enim includunt dependentiam essentialem, esse simul non possunt, sed illae quae dicunt dependentiam 'secundum quid' et non 'simpliciter', simul esse possunt.

Dicit¹ quod eadem ratione dicam quod omnes relationes oppositae simul esse possunt. 409

Dico quod eadem ratione non potest hoc dici, quia in aliquibus relationibus est aliqua specialis causa propter quam repugnat eis quod sint simul in eodem, et ideo est alia causa – quare non possunt simul esse – quam ratio relationum oppositarum. Non enim sequitur quod si animal non repugnet albo, quod corvo non repugnat album esse, quia est specialis ratio propter quam sibi repugnat. Sic in proposito². 410

Ad quartam probationem, quando arguitur quod tunc eadem ratione posset dici quod 'quidlibet movet se', ut quod lignum calefaciat se ad praesentiam ignis, ita quod ignis sit tantum illud 'sine 411

PRV

1 producenti V* 1-2 Unde lignum ut passivum dependet ab igne om. V 4 ad² om. V* | actum] add. suum V 6 compatiuntur codd. | aliqua] alia P 7 compatiuntur] compatiuntur PV comparatur R | aliqua] alia P 8 in¹ om. P | divina] add. non V 11 compatiuntur V 16 illae] aliae V | dicunt] autem P² 18 Dicit] Dicitur V² 20 hoc] hic V 21 aliqua] alia PV | propter quam] propinqua quae P 22 sint] sunt V 22-23 possunt] possint R 24 animali... album RV 25 esse om. V 28 moveret V 28-29 calefaciat] movet V

T¹ scil. Godefridus, quem obicientem Duns Scotus inducit. ² scil. de compatibilitate relationum oppositarum in eodem, cf. supra n. 408.

quo non'¹, – dico primo quod ista est cautela aliquorum, qui, quando deficiunt in arguendo, assumunt formam respondentis, dicentes: 'Sic dicerem in omnibus, sicut isti iam dicunt'. – Oportet igitur contra eos arguere quod lignum non calefaciat se, licet intellectus moveat se ad intellectionem, nam positis causis sufficienter⁵ productivis alicuius effectus, et in debita proportionem passo approximatis, producit effectus, et tunc necessario fugit 'sine quo non', nam 'sine quo non' reducitur ad aliquam causarum, vel quia necessario concomitatur aliquam causarum vel quia necessaria² est ad remotionem prohibentis. Si igitur lignum haberet in se sufficientem¹⁰ causam caloris, remoto igne, cum maneat ista causa in ligno, lignum adhuc calefaceret se et combureret, quod falsum est, et ideo lignum non est causa caloris, sed ignis; non oportet ponere lignum causam effectivam cum igne, quia effectus caloris in ligno non excedit causalitatem ignis. Sed in proposito, anima sine obiecto non causat¹⁵ intellectionem, nec obiectum sine anima, sed ista duo simul; ideo faciunt unam causam totalem intellectionis. Et similiter, ex hoc quod intellectio est perfectior effectus quam sit species, et excedens perfectionem eius, oportet ponere aliam causam, congenerantem intellectionem, et hoc est anima, sicut dictum est³.²⁰

VI. – AD ARGUMENTA TERTIAE ET QUARTAE OPINIONIS

412 Ad tertiam opinionem⁴ non est respondendum, quia totum est ibi negandum quod dicunt de 'suffodere'⁵; nec adducunt rationem, quia magis solebant narrare quam rationibus efficaciter probare⁶.

PRV

2 deficiunt] definiunt PR 3 dicentes] dicentis PR 4 arguere om. V² 7 tunc] ideo V | fugit] agit V 8 nam — non om. P² | aliquam] aliquem (l) P 9 necessaria] necessario V 10 Si] Cum R 13 non²] nec P²V 18 et om. PR 22-p. 390, 16. Ad tertiam — in actu om. R 23 ibi om. V

F 1-3 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VI q. 7 (PhB III 158): «Quis etiam probabit lignum vel corpus aliquod calefieri ab igne? Immo dicitur quod se ipsum calefacit, praesente igne ut causa sine qua non. Idem etiam dici poterit de actibus omnium potentiarum animae, ut patet inducendo»; IX q. 19 (PhB IV 272): «Item, si hoc dicatur de intellectu [scil. quod se ipsum reducit de potentia ad actum], dicitur etiam de sensu, sicut etiam isti dicunt; immo... hoc poterit dici de quocumque alio passivo, quod se ipsum reducit de potentia ad actum».

T ¹ Cf. supra p. 355, 4-10. – Exemplum ligni adducit GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VI q. 7 in corp. (PhB III 158. 162); IX q. 19 in corp. (p. 272). ² scil. causa. ³ Cf. supra n. 365-368. 397. ⁴ Cf. supra n. 339. ⁵ Cf. ibidem. ⁶ Ad quartam etiam opinionem (cf. supra n. 340) non respondet.

[VII. — AD ARGUMENTA QUINTAE OPINIONIS]

Ad rationem quintae¹ opinionis, quando arguitur quod 'spe- 413
cies sit tantum ratio intelligendi quia intellectus est in potentia
respectu formarum intelligibilium sicut materia prima respectu
5 formarum corporalium'², dico quod Philosophus communiter
loquebatur de potentiis animae, ut sunt illa quibus operamur in
actu secundo, unde dicit intellectum esse 'quo intelligimus' et
animam sensitivam 'quo sentimus' etc.; sed sic loquitur de poten-
tiis animae tantum ut sunt passivae, quia sic solum sunt recep-
10 tivae, nam aliquis dicitur formaliter sciens quia scientia est in eo^a,
non quia causat scientiam, quia sic lapis esset sciens. Ita de 'intel-
ligere': aliquis dicitur formaliter intelligens quia 'intelligere' in eo
est^b, et non quia efficit intellectionem, — immo si Deus efficeret
intellectionem, adhuc esset formaliter intelligens, per intellectionem
15 causatam a Deo. Sic etiam voluntas passiva est in quantum est for-
maliter volens; est enim formaliter volens per volitionem ut est in
ea, secundum quam rationem habet rationem passivi et receptivi.
Unde intelligentia in quantum recipit intellectionem, accidit sibi
quod causet eam. Sic igitur intellectus, in quantum est illud 'quo
20 intelligimus', est sicut materia in genere intelligibilium, et sic acci-
dit sibi ut causet. Unde licet gignat postea intellectionem aliquam,
nihil est hoc, ad hoc quod dicatur intelligens.

^a Sequitur textus interpolatus: vel quia formaliter dicimur scire intellectu,
sic quod intellectus est quo scimus habitualiter in quantum recipit habitum,
25 non in quantum istum causat, si causat³.

^b Sequitur textus interpolatus: vel formaliter dicimur intelligere intellectu in
quantum ipse intellectus recipit intellectionem, quia si causat eam active, non
dicor intelligere intellectu in quantum causat, sed in quantum habet intellec-
tionem ut formam et sic eam recipit⁴.

PV

2 quintae] quartae *codd.* 3 tantum post est V 4 prima om. V 8 loquantur P loquen-
do V 9 tantum ut] sic solum V | ut om. P² 11 non] et non V² 12-14 quia — intelligens
om. P 13 intellectionem] *add.* sive causat V² 18 intelligentia] intellectiva V^{*} 19 quo]
praem. in V 22 hoc¹ om. V 23-25 vel — si causat = V² 26-29 vel — recipit = V²

F 7-8 ARISTOT., *De an.* III t. 5 (I¹ c. 4, 429a 23): «Dico autem intellectum quo opinatur
et intelligit anima»; II t. 24 (B c. 2, 414a 12-13): «anima autem hoc quo vivimus et sentimus et
movemur et intelligimus primo».

T ¹ Loco «quintae» codices erronee tradunt «quartae». Cf. p. 388 nota 6. ² Cf. supra
n. 347. ³ Cf. DUNS SCORUS, *Ordinatio* III d. 3 n. 538 (III 321, 19-20). ⁴ Cf. ib. n. 537
(III 321, 4-7).

414 Ad aliam auctoritatem, quando dicitur quod 'intellectus nihil est eorum quae sunt ante intelligere'¹, dico quod per 'intelligere' non efficitur aliquid eorum quae sunt.

Quomodo igitur si causet 'intelligere', non est aliquid eorum quae sunt ante 'intelligere'? – Non enim potest dici quod sit sola 5 potentia, quia dum aliquid est in sola potentia, non est, sed tamen potentia semper est in aliquo ente. Unde si intellectus non esset in actu nisi per 'intelligere', multoties in die esset in actu ens et non-ens. Ideo dico quod intellectus est in potentia ad actum secundum quid, et est in se forma in actu. Unde ista potentia, quae est ad actum se- 10 cundum quid, non est nisi in ente quod est substantia. Unde intellectus non est aliquod intelligibile a nobis ante 'intelligere' aliquid ex phantasmate, quia prius intelligit relucens in phantasmate, quia intellectio nostra naturaliter incipit a phantasmate, et tunc ultra reflectitur ad intelligendum se; tamen ante 'intelligere' est na- 15 tura aliqua de se in actu.

415 { Ad aliam rationem^a pro quinta opinione, quae arguit quod 'ex quo indeterminatum non agit nisi determinetur, et intellectus est indeterminatus ad intelligendum quodcumque, oportet quod determinetur ad agendum per aliquid, et hoc est species; sed forma 20 quae est principium agendi determinat ad agendum; igitur species erit principium intelligendi'², – dicendum quod indeterminatio duplex est: una est indeterminatio quae convenit causae materiali, et alia est indeterminatio quae convenit causae agenti universali et quodammodo illimitatae. Exemplum primi est de indeterminatione 25

^a Loco aliam rationem ponitur: { unam rationem omissam³. }

PRV

3 non] nihil V 4 Quomodo] Quando V² 6 sola potentia] p. s. V 8 in die esset] e. in d. V 11 quod] quia P* | substantia] praem. in V* 12-13 aliquid] aliquod V 13-14 quia prius — a phantasmate om. P 15-16 natura] naturaliter (add. natura post aliqua, 16 V²) V 16 aliqua] alia P 17-p. 392, 3 et p. 392, 26-28: Ad (17) — particularem (p. 392, 3) = R Ad aliam (p. 392, 26) — est (p. 392, 28) et Ad (17) — particularem (p. 392, 3) PV [Ad (17) — particularem (p. 392, 3) insimul cum textu Sed contra (p. 375, 23) — speciem (p. 377, 30) post variantur specie (p. 395, 14) PV post dictum est (p. 388, 20) R omittendo Ad tertiam opinionem (p. 388, 22) — in actu (p. 390, 16)] 17 et 26: unam rationem omissam (26) = codd. 17 quinta] quarta V 18 determinetur] terminetur P 20 et] in R | hoc] haec V 23 est² om. PR | convenit] competit PR 25 illimitatae] illimitata est V 26 omissam] commissam (l) R

T ¹ Cf. supra p. 362, 7-8. ² Cf. supra n. 348. ³ scil. dum quaestio exarabatur. De facto omissa non fuit (cf. infra p. 392, 25-28), sed non complete refutata erat.

ligni respectu caloris vel alterius formae; exemplum secundi est de
indeterminatione solis ad producendum hoc generabile vel illud;
unde haec indeterminatio virtutis activae¹ est ad agendum et non
ad aliquam formam ab aliquo recipiendam. Quando igitur dicitur
5 quod illud quod est indeterminatum requirit aliquam formam deter-
minantem qua determinetur, verum est de potentia passiva². Si
autem loquimur de indeterminatione causae effectivae, hoc contingit
dupliciter: aliquando enim causa efficiens est indeterminata ad pro-
ducendum aliquem effectum quem tamen immediate producere
10 potest, et aliquando est determinata ad effectum producendum
quem tamen sine causa proxima producere non potest. Loquendo
autem de causa effectiva primo modo³, ad hoc quod determinetur
ad agendum sufficit praesentia passi, sicut sol habet virtutem qua
immediate potest dissolvere et constringere: ad hoc quod dissolvat
15 sufficit praesentia dissolubilis, ut glaciei, et ad hoc quod constringat
sufficit etiam praesentia passi, ut luti; unde causa effectiva non deter-
minatur per hoc quod aliquam formam recipit. Sed ad hoc quod
causa effectiva secundo modo⁴ determinetur, sufficit praesentia
passi cum praesentia causarum particularium concurrentium, sicut
20 est de sole ad producendum animalia perfecta, ut asinum, bovem;
requirit enim, ad hoc quod determinetur ad productionem bovis,
causam particularem univocam, ut bovem et passum praesens.

Dico igitur quod intellectus est indeterminatus ad eliciendum 416
actum intelligendi, non indeterminatione causae materialis et passi
25 sed indeterminatione causae activae, quae requirit causam aliam
particularem, ad hoc quod causet intellectionem, – et illa est obiec-
tum, vel species in qua obiectum relucet; et ideo determinatur
per obiectum et speciem. Sed non determinatur ipsa tamquam

PRV

1 est om. PR 2 generale P*V 3 virtualis V | ad agendum et non rep. V* | non]
tamen P* 4-5 ab aliquo — formam om. V* 4 aliquo] alio V? 5 illud quod om. V?
5-6 determinantem om. V 7 loquitur V 10 indeterminata V | effectum producendum]
produc. aliquem effectum V 12 ad] quod R | determinatur V 13 sufficienter P
14 restringere V 15 dissolubilis] dissolvitur R 15-16 constringat sufficit etiam] e. c. s. V
20 animalia] alia V | bovem] praem. et R add. etc. V 21 requiritur V | determinatur V
22 causa particularis univoca codd. 24 passivi V 25 causae om. V* | quae] non R
26 causat RV 27 qua] quo codd.

T ¹ scil. causae agentis (p. 390, 24). ² scil. de causa materiali (p. 390, 23). ³ Cf.
supra lin. 8-10. ⁴ Cf. supra lin. 10-11.

intellectum perficiat, ad hoc quod intelligat, sed determinatur sicut causa universalis et quodammodo illimitata, per causam particularem^a.}

[VIII. — AD ARGUMENTA SEXTAE OPINIONIS]

- 417 Ad ultimam opinionem, quae ponit intellectionem esse speciem⁵ et visionem propter dictum Augustini¹, dico quod Augustinus ibidem expresse ostendit se aequivoce loqui de visione. Dicit enim ibidem, libro XI *De Trinitate* cap. 2 'de magnis' et 5 'de parvis', quod «gignitur ex re visibili visio, sed non hac sola nisi adsit videns; quocirca ex visibili et vidente gignitur visio». Hic habetur expresse¹⁰ quod visio gignitur ex utroque. Sed postea subdit: «Illa tamen informatio sensus, quae visio dicitur, a solo imprimitur corpore quod videtur», id est a re aliqua visibili. Hic igitur, nisi contradicat sibi, accipit visionem pro specie informante sensum, et prius pro actu sentiendi qui gignitur a re visibili et vidente.¹⁵
- 418 Ad aliam rationem, quando arguitur secundum Philosophum quod 'idem est actus activi et passivi, ut sonabilis et auditus, et ita idem erunt sonatio et auditio'², dicendum quod hoc non est nisi penuria vocabulorum, et non conceptuum, et ideo oportet diversimode uti nomine sonationis et auditionis: nam sonus causat suam²⁰ speciem in aure et in organo, et sonus ut habet esse in specie causat sensationem soni — ut causa partialis — cum potentia auditiva, et utrumque potest dici sonatio, per comparisonem ad agens, scilicet ad sonum; similiter per comparisonem ad auditum utrumque pot-

^a Loco Ad (p. 390, 17) — per causam particularem (p. 392, 3) *textus cancellatus*: Ad aliam rationem illius opinionis³ patet responsio, quod species requiritur propter actum intelligendi, sicut causa quaedam partialis, ut praedictum est⁴.²⁵

PRV

1 intellectum] intellectionem R intelligendum P* | sed] sic P* 5-p. 417, 3 Ad ultimam — generetur om. R 7 ostendit] dicit V 8 ibidem, libro] ibi De libero arbitrio et V² | cap. 2] add. et P 12 corpore] add. hoc V 13 aliqua] alia codd. | Hic] Haec V² | nisi] non P*V² 13-14 contradicit V² 14 sibi] add. sed V² 15 qui gignitur om. V 17 passi P* 18 sonitio P* | dico V | hoc] hic V 20 suum (l) P 21 aure] aere V 23 utraque V 24 uditum P

F 8 AUGUST., *De Trin.* XI c. 2 n. 3 (PL 42, 986). 11 Ibidem.

T ¹ Cf. supra n. 349-350. ² Cf. supra n. 351. ³ Cf. supra n. 348. ⁴ Cf. supra n. 365-368. 370. 372. Cf. etiam n. 391-392. — Cancellatur virtute textus postea additi.

est dici auditio. Reddendo igitur singula singulis, dicemus quod
'sonatio quae est species' est auditio ut accipitur pro specie, et si-
militer 'sonatio quae est actus elicitus' est auditio quae est actus
similiter elicitus. Unde non est nisi defectus vocabulorum.

5

[IX. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

Ad primam rationem principalem¹ dicendum quod concludit 419
quod memoria intellectiva non sit tota causa actus intelligendi, –
tunc enim semper intelligeret, quia causa 'sine qua non' excludi-
tur; tamen est causa principalis, vel aliquid intellectus², sicut dictum
10 est³.

Ad aliud, quod intellectus possibilis est 'quo est omnia fieri'⁴, 420
dicendum quod est passiva⁵ secundum quod sumus formaliter
intelligentes, secundum modum prius dictum⁶; unde Philoso-
phus loquens de ea⁷ ut sic, dicit quod est possibilis tantum, sed
15 non negat quin posset agere, eliciendo.

Ad tertium⁸ dicendum quod probat quod anima non est tota 421
causa intellectionis, quod concedo⁹.

Ad primum in oppositum¹⁰ dicendum quod 'immaterialitas' 422
est causa quare intellectus possibilis est quid intellectivi et intel-
20 ligibilis intellectui illi proposito¹¹, non intellectui nostro, qui nihil
intelligit nisi abstracta a phantasmatis; nec valet consequentia
'est quid intellectivi, igitur se sola¹² causare potest intellectionem',
nisi esset totalis causa, quod non concedo.

Ad aliud¹³ concedo quod obiectorum differentium specie, si 423

PV

1 Reddendo] comp. P² 3 actus] add. similiter V 4 elicitus] add. alicuius V 8 in-
telligeret] add. quod concedo sed V 9 principalis] add. igitur anima respectu intentionis bene
potest esse causa partialis licet non totalis V | vel] add. etiam V 12 dicendum quod] et P |
est in ras. P² | passivus P² | formaliter] add. eo V 14 eo V | ut om. V 15 negat] add.
secundum V | possit V 19 intellectivi] comp. codd. 21 abstractum V 22 intellectivi]
intellectivum V comp. P | potest om. P²(post intellectionem) 23 quod non concedo om. V²

T ¹ Cf. supra n. 308. ² id est, memoria intellectiva vel aliquid intellectus est causa
principalis actus intelligendi. ³ Cf. supra n. 374. 379-380. ⁴ Cf. supra n. 309. ⁵ scil.
memoria intellectiva (cf. supra p. 349, 19-20: « Sed memoria intellectiva pertinet ad intellectum
possibilem »). ⁶ Cf. supra n. 413. ⁷ scil. memoria intellectiva. ⁸ Cf. supra n. 310.
⁹ Cf. supra n. 323-325. ¹⁰ Cf. supra n. 311. ¹¹ id est, quem proposuit Avicenna, scil.
animae seu intelligentiae simplici separatae, cf. AVICENNA, *Metaph.* IX c. 4 (104va-105rb). –
Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3 n. 405. 550 (III 246-247, 328). ¹² scil. anima vel memoria
animae, cf. supra p. 350, 7-8. ¹³ Cf. supra n. 312.

moveant potentiam distincte, sub propriis rationibus distinctis (ita quod intellectionem quam efficit unum obiectum differens specie, efficit in virtute sua, non autem ex hoc quod aliud obiectum est prius notum ex cuius cognitione dependeat cognitio istius), – dico quod tunc actus differunt specie¹, et habitus generati similiter. Unde visio 'albi' et 'nigri' est alia et alia specie².

424 Quod probatur sic: ad hoc quod individuum eiusdem rationis cum alio individuo causato causetur, non requirit necessario diversitatem causae proximae, nec varietatem istius ad causas superiores in ordine quo se habet ad illas, nec istarum causarum superiorum inter se. Hoc apparet manifeste in exemplis infinitis, tum in generatione aequivoca quam univoca: in aequivoca, sicut patet de motu locali vel confricationis respectu caloris, – in univoca, sicut de patre respectu filii, quod potest habere alium eiusdem rationis, nec oportet quod varietur in se nec in ordine ad causas superiores. Et sic est de exemplo praecedente³. Si igitur actus videndi nigredinem sit eiusdem rationis cum actu videndi albedinem, posset nigredo causare unum actum – cum potentia – et alium, et ita posset haberi visio aliquando albedinis non concurrente albedine ad actum efficiendum. Et simili modo de intellectu.

425 Et quando ulterius arguitur quod 'tunc habitus generati alterius essent speciei et tantum esset unus habitus specie de aliqua specie specialissima'⁴, dico quod habitus qui generantur non sunt unius speciei formaliter, sicut nec obiecta, sed tamen sunt unus⁵ virtualiter. Unde dico quod scientia potest dici 'una' virtualiter, ab unitate primi obiecti noti, in cuius virtute cognoscuntur alia virtualiter quae continentur in eo; verbi gratia, si linea sit subiectum in geometria, geometria potest dici 'una scientia' virtualiter ratione lineae, quae primo cognoscitur et est 'una' respectu omnium aliarum veritatum, quae

PV

1 distinctis] distinguens P distincte V* 12 aequivoca²] univoca P | sicut] sic P 14 alium] add. respectu V 15 sic] similiter V 16 de] in V | praecedente] praedicto, scilicet de calore respectu motus V 18 haberi] habere P* 19 aliquando] subiecti V 20 modo] add. dico V 21-22 alterius essent] e. a. V 22 tantum] tunc V 22-24 de — speciei om. P* 22 aliqua] alia P³ 23-24 unius speciei] unus specie P² 24 obiectum P 25 ab om. V 26 noti] non P' om. P² 28 scientia] linea P* 29 respectu om. P | aliarum] alia P* | veritatum] virtutum P unitatum V²

T ¹ id est (a p. 393, 24 ad p. 394, 5): 'concedo, seu dico, quod obiectorum differentium specie... actus differunt specie'. ² scil. secundum speciem. ³ Cf. supra lin. 6. ⁴ Cf. supra p. 350, 13-15. ⁵ scil. habitus.

sequuntur ex ea ut ipsa est prius nota et ut notitia aliorum resolvitur in eam; sic est habitus eiusdem rationis lineae et omnium quae consequuntur, et actus eiusdem rationis ut ex isto habitu est. — Sed si triangulus secundum se et secundum propriam rationem primo
 5 moveat intellectum ad cognitionem sui et passionum ipsius ut ipsius sunt tantum, ita quod eius cognitio non dependeat ex aliquo priore noto, — et sic etiam quadrangulus commoveat sub propria ratione sua: quot sunt obiecta formaliter distincta sic moventia, tot erunt actus distincti specie et tot habitus generati distincti spe-
 10 cie; unde de unitate habitus supra etiam dixi¹.

Nec valet si obiceretur quod unius potentiae et unius rationis 426 est unus actus tantum eiusdem rationis, — tum quia potentia, quae est una formaliter, est virtualiter multa, tum quia actus non est ex potentia sola sed ex obiecto, et obiecta variantur specie.

15

[QUAESTIO 4

UTRUM IN MENTE SECUNDUM QUOD DISTINGUITUR A PARTE
 SENSITIVA, SIT PROPRIE IMAGO TRINITATIS]

Utrum in mente secundum quod distinguitur a parte sensitiva, 427 secundum quod de ea loquitur Augustinus, sit proprie imago
 20 Trinitatis.

Quod non, videtur:

Imago distincte repraesentat illud cuius est, quia in hoc distin-
 guitur imago a vestigio; sed mens non repraesentat distincte Trini-
 tatem; ergo etc. — Probatio minoris: nulla creatura repraesentat
 25 perfectius sua idea; sed nulla idea repraesentat Trinitatem, quia
 idea repraesentat Deum ut unus et non ut trinus; ergo etc.^a.

^a *Loco nulla* (24) — etc. (26) *textus interpolatus*: quia si sic, tunc Trinitas naturali cognitione posset cognosci sicut trinitas mentis naturaliter est cognita.

PV

2 sic] sicut P 3 actus] *add.* est V 5 moveret intellectionem V 7 noti V | sic] similiter V | quadrangulus] *comp.* P* | moveret V 8 sua] *add.* tunc V² | quot] quod *codd.* 9 tot¹] tunc P | tot²] *add.* erunt V 10 supra etiam] e. s. V 12 quae *om.* V 13 est¹ *om.* P | virtualiter] *add.* est V² 24-26 et 27-p. 396, 21: nulla (24) — etc. (26) = P quia (27) — unus (p. 396, 21) V

F 19 AUGUST., *De Trin.* IX c. 12 n. 18 (PL 42, 972); XV c. 21 n. 40-41 (col. 1088-1089).

T ¹ Cf. supra n. 376. 388 et prol. n. 173.